



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Gasparis Lechneri E Societate Iesv Theologi. Sodaliv Partheniv. Siue Libri Tres Qvibvs Mores Sodalivm Exemplis Informantvr

Lechner, Kaspar

Dilingæ, 1628

Liber II. Virtutum Exemplis Marianis instruitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51916)

Bisayenses popularem vtilissimum,
pueri ac puellæ catechisten gratissi-
mum, contubernales socium charis-
simum, parthenij Sodalem optimū,
omnes virtutum omnium Exemplū.
Quid Nos? NONDVM similia fecisse.

Hactenus SODALIS PARTHENIVS
Ortum suum, Leges, Mores, Socios
legit, atque Officia sua didicit. In qui-
bus esse si porro studuerit, proximè
ad illos, quos iam laudauimus eua-
det, dignaque Patronâ tantâ, tantisq;
Socijs faciet. Nunc eundem per san-
gulas virtutes quasi gradus quosdam
ad idem fastigium deducamus.

SODALIS PAR-
THENIVS.

LIBER II.

VIRTVTVM EXEMPLIS

MARIANIS IM-
buitur.

QVI Dea nescio cuius pingere
H 7 for-

formam voluit , fertur complures
 Virgines forma præstanti conuocaf-
 se ; atque ab vnaquaque quod in ea
 præcipuam venustatem habebat, in
 imaginem Deæ transtulisse; indeque
 picturam nobilissimam extitisse. So-
 dalem Parthenium coloribus ac li-
 neamentis suis efformare institui-
 mus , non ijs, quæ præceptis, sed quæ
 Exemplis continentur. Et sanè illu-
 stre archetypon VIRGO MARIA est.
 de qua benè S. Ambrosius. *Sit vobis
 tanquam in imagine descripta virgi-
 nitas vitaq; Beate MARIE de qua ve-
 lut in speculo refulget species castitatis
 & forma virtutis. Hinc sumatis licet
 Exempla viuendi. Et: Talis fuit MA-
 RIA , vt eius vnus vita omnium di-
 sciplina sit. Quare & SPECVLVM IV-
 STITIÆ salutatur. In huius vitam si
 iuberem omnes inspicere , atque
 inde sibi exempla petere , nihil alie-
 num ab instituto Sodalitatum age-
 rem , cum legibus nostris monea-
 mur conandum nobis esse vitæ mo-
 rumq; integritate virtutum illius præ-
 stan-*

*l. 2. de
 Virgi-
 nib.*

*B. Virgo
 Speculum
 est morū.*

stantissimarum exempla imitari. Sed
 essent forsitan aliqui, (vt natura vitio
 corrupta facilè segnitiae atque so-
 cordiae suae imbecillitatem obtendit)
 qui perfectione ipsa terrentur, vt
 illi qui Apelleam imaginem absolue-
 re non audebant. Horum ergo siue
 infirmitati, vt ipsi volunt; siue tor-
 pori vt occurrerem, æqualium faci-
 nora proferre constitui, quæ facile
 sequerentur, & Sodalem de Sodali-
 bus expingere, ac quicquid in sin-
 gulis elegans visebatur, ad nostrum
 ornandum transferre cogitavi. Qui-
 bus autem maior animi virtus & *A-*
quila oculi sunt, vt his irretortis au-
 deant in vitam Magnæ MATRIS
 quasi in solem intueri, propiusque
 vestigia virtutum ipsius persequi ve-
 lint, illi aureum libellum R. P. Fran-
 cisci Ariæ *De imitatione Beatiss. Vir-*
ginis Mariæ euoluent, in quo he-
 roicis animis digna exempla repe-
 rirunt. Nos eâdem semitâ eodemque
 fermè ordine, quo maiorum pedum
 visa est via minora vestigia imprime-
 mus,

mus, vt licet quidam *Non passibus a-*
quis sequantur, rationem tamen cer-
 tam viamque habeant, qua tandem
 praeuntes grandi gradu Sodales
 consequantur.

CAPVT I.

SODALES HVMI-
 LIBVS OFFICIIS SE
 EXERCENT.

S. Bern. l.
de grad.
Humi.
S. Thom.
2.2.p.161.
a. 1.
Humi.
litatis
officia.
 I.
S. Bern.
ser. 42. in
Cant.
 2.

HVMILITAS Virtusne nomine,
 quidem Romanis cognita, qua
 quis verissima sui cognitione sibi ipsi
 vilescit, atque ad ima se deiecit. princi-
 pio animum hominis vera opinione
 imbuit, dum se ipsum excutit, & qua
 curta supellex sibi sit, quam boni in-
 ops, quam vitiorum abundans, loli-
 que tantum sit TERRA ferax, dispicit,
 dum è NIHILO ortum se fuisse, nec
 per se stare, quo minus in NIHILVM
 recidat cognoscit. Deinde voluntatis
 affectum intra modum coërcet, vt ne
 se altius, quam par est, efferat, laudes
 aut

aut non amet aut etiam auerfetur, atque earum vicem præoptet parui-
pendi, obiurgari, pro ridiculo alijs fi-
eti, talisque reliquorum iudicijs cen-
seri, qualis suo est: ne sibi si cuti LV-
TVM aut NIHIL domi sordescat; fo-
ris pro Gemmis aut Deo se venditet
turpissima simulatione. Denique in-
fra omnes se ponit, virtutum aliena-
rum æstimator, vitiorum proprio-
rum conscius accusator; atque hanc
animi sui sententiam cultu corporis
& viuendi cum alijs demissa ratione
ostendit, primas semper alijs deferens,
sibi vltimas serio deposcens.

I. Ab hac virtute quasi è funda-
mento surgit omnis sanctitas atque
in-culmen gloriæ excrefcit; vt iam in
alto mihi positus videatur, qui in in-
fimo se locauit; & contra nihil præ-
clari ab eo sperare possimus, qui in
animi tumore est. Verè enim dictum
est: *Deus superbis resistit; humilibus
autem dat gratiam.* Vnde & Patrona
nostra *Depositos potentes de sede et
exaltatos humiles fuisse cecinit.* Con-
fluit.

Funda-
mentum
Sanctita-
tis.

Isob. 4.

S. Aug.
serm. 27.

S. Aug. fluit enim aqua bonorum diuinorū
serm. 27. ad humilitatem vallis, denatat de tu-
de Serbis moribus collis. Ita ficta opulencia
Dom. omnibus odio atque risui est; verax
Quare paupertas omnium benignitatem
superbi prouocat. Neque hæc auctori suo
odio sint. tantum profuit, sed alios quoque
Anno ad viam è præcipitio reduxit. Miles
110. 120. quispiam à puero innutritus errori-
V. bus, animoque in Catholicos infen-
Hæresi- sissimo fuit. Hic cum ex itinere Tur-
cus Hu- nonum diuertisset, vidissetque So-
militate dalem pro more in Nosocomio æ-
Catholici gris inferuentem, ita seu charitatis
conuerti- illius seu demissionis admiratione
tur. captus est, vt religionem nostram a-
 mare primum, deinde de ea comple-
 ctenda cogitationem admittere cæ-
 perit. Atque ab eodem illo Sodale
 ad Patres Societatis deductus hæresi
 abiurata *Humilia & vera sapere* do-
 ctus est. Vide quid humilitas possit!
 Commisisses prius cum illo doctos,
 rupisset hominem arrogantia, con-
 tra quem tantum herosa videlicet,
 Triarij nostri in acie collocari debu-
 issent:

iffentiam in alieno contemptu, vilitatem suam adspexit, & inde morbi sui medicinam hausit.

II. Quibus porro rationibus hæc virtus animis nostris inseratur, præcipiunt alij, Sodales Exemplis docent. Domino stræ habemus, quod animos nostros meritò demittat.

Quid enim TERRA & CINIS superbit? Sic Friburgi Nuithonum quidam

corporis dotibus cum se efferri perferentisceret, in Ossuariam descendit, & ex eis caluarijs atq; ossibus oscula imprimens, mortaliumque caducam pulchritudinem meditans facile eiecit animo formæ, & aliorum, quæ putrescere possunt, admirationem. Quod à Dilinganis crebro factitatum lego non modò ad animum demittendum, sed ad corporis quoque lasciviam coercendam.

III. Cultus quoque corporis neglectus vim habet magnam cohibendi mentem intra modestiæ terminos, dum sibi persuadet vile id esse oportere, quod plebeio amiculo tegitur:

Humilitas nascitur è sui Cognitione.

Anno CIO. IO XCIX.

CIO. IO LXXXVI. CIO. IOE. IV. CIO. IOE. XII.

Vestitus plebeius eam conseruat.
 An. CIO.
 IO. XCVI.

tur: sicut facile ex auro falsus splendor animo infunditur, dum precium suum è vestitu æstimat. Moguntini Sodales hoc pulchrè intellerūt, quorum tres adulta iam ætate ac spectata eruditione Iuuenes, exeuntis Quadragesimæ ferijs vltimis, mendicorū habitu in proximos pagos stipis quærendæ gratia exierunt, neque alio cibo per eos dies, quam quem mendicato comparassent, victitarūt. Quod illi eò intenderunt, vt iam tum animum pararent abiecta humiliaque sectari, antequam immigrarent eò, vbi de se quisque diceret: *Elegi abire. Et esse in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.*

Psal. 85.

Anno CIO. IO. III.

Herbipoli alius lauta in re & honesto genere faciem luto consperfit & pauperum ornatu procedens stipem sicuti mendicus collegit.

IV. Quæ vis ad animum submit- tendum vestitui inest, ea maximè quoque in abiectis officiorum generibus, atque in sociorum consortio cernitur. Pedes pauperum abluere, oscu-

oscularique, ijs hospitibus inferuire,
mediastinorum obsequijs fungi, fa- *Vilibus*
era loca euerrere, Sodalitatis infima *seruitis*
officia administrare pro dignitate *crefcit.*
habuerunt Sodales. Supra Sodaliti- *l. i. c. 5.*
orum quorundam morem attuli, que *§ 6.*
conuiuia pauperibus instruxerunt,
aut pedes abluerunt: subiiciam hic
consimilia, vt planum fiat non vno
altero ue tantum loco, sed passim
studia huiuscemodi à Sodalibus fre-
quentari. Drepanitani pridie Paras- *An. CIO.*
ceues alba in veste duodecim Pau- *IOCX.*
perum pedes publicè in templo laue-
runt, tum eosdem Eleemolyna do-
natos cibisque refectos dimiserunt.
Inter tam pij spectaculi actores fue-
runt Comes S. Stephani Proregis fi-
lius, & Princeps Paciecus. Idem iam
ante ab Aletinis & Oenipontanis fa- *An CIO.*
ctitatum est. Idem Neapolitanis pro *IOLXXX*
pe quotidianū in morem vertit. Illu- *V.*
strissimus Ioānes Albertus Raziuilus *CIO. IO*
cum Dilingæ sacris exercitijs octiduo *LXXXVI.*
incaluisse, duodecim Elephantiacos *CIO. IOE*
conuocauit, lautoque epulo excep- *VII.*
tis.

tis cinctus ipse horrendi cilicio ministravit.

CIC. 13
XCII. ?

V. Simile demissi animi exemplum præbuerunt Moguntiaë Sereniss. PHILIPPVS & FERDINANDVS fratres Bauariaë Duces. nam ferijs Cœnæ Domini duodecim pauperum pedibus aquam affuderunt suis. que manibus abluerunt; & conuiuio ijsdem præbito ipsi ministri adstiterunt. Voluerunt videlicet Sodales, quibus vterque præfuit, docere, aliquid inesse pauperibus, cui tanti Principes fasces merito submittant suos.

Quo intuitu
pauperibus
seruiendum
sit.

CIC. 13
CII.

VI. Quidnam autem illud sit Mediolanensis quidam Sodalis profusus est. Nam cum mendico & fordido stipem à cœtu Sodalium collectam largiretur, isque gaudio gestiens in genua procubisset gratias acturus, Sodalis quoque ad mendici se pedes abiecit luridumque hominem complexus atque exosculatus: *Deus bone, inquit, tu ad pedes meos accidis, CHRISTI personam qui geris?*

VII. Hac

VII. Hac cogitatione se ad infi- An. CRD.
 ma obsequia alacres demiserunt A- 10CV.
 quilani Sodales, ut agris aperto ca-
 pite inferuissent, darentque manibus
 aquam, & potum genibus flexis præ-
 berent. Cumque vir quidam Nobilis
 obtrectando diceret: *Nimirum pa-*
ria nunc mendicis ac Principibus ob-
sequia præstantur: Præfectus pro re-
 liquis respondit: *Miraris paria utris-*
que præstari? Enimvero illud ego poti-
us admiror, pauperibus non ampliora
maioriꝛum cum reuerentia deferri, quã
Principibus; cum in his eorũ dignitas
in illis Christus venerationis causa sit.

VIII. Non aliam animo senten- An. CRD.
 tiam formauisse Illustris ille Polonus 10LXXX
 videtur, qui ex Ingolstadiensi Soda- VI.
 litate primùm sacris operaturus æ-
 dem Saluatori dicatam octo milli-
 bus passuum Ingolstadio distitam e-
 legit, ac pro hospitibus qui tali tem-
 pore conuiuio accipi solent, paupe-
 res duodecim mensæ adhibuit, fer-
 culaque adstans ministravit.

IX. Alius vir claris natalibus So-
 dali-

dalis Aletinus, vt animi elationem
cohiberet, publico in foro multis in-
spectantibus ad pedes mendici aduo-
lutus eisdem osculum infixit. plura
id genus & superiore libro & paulo
post infra reperies, quam prompti
miserorum seruitijs se Sodales occu-
parint, exemplo illius, *Qui non venit
vt ministraretur ei, sed vt ministra-
ret.*

*Viliori-
bus officii-
is confer-
natur.*

cap. 10X
CII.

X. Idem exemplum induxit So-
dales, vt in speciem vilioribus officijs
operam suam addixerint. Auenione
pulcherrimum sepe fuit spectaculum
Prouinciarum, quæ illi vrbi sunt co-
terminæ, nobilissimos ac spectatissi-
mos adolescentes Baronum Comi-
tumque stirpem, ædem B. Virginis
certis diebus euerrere, sordes certa-
tim efferre extra Collegij septa, alia-
que obire munia generosæ Humili-
tatis signa. Mediolani è prima nobi-
litate iuuenis sub ipsam horam, qua
ad scholas frequentes auditores con-
fluunt gymnasium atriumque inter
alios scoparios euerrere solitus, cum
ali.

aliquando ipso illo tempore Sodali-
tij locum expurgasset, holoserico
pallio purgamēta extulit. Spectabant
Sodales & cauilabantur, quod præ
verecundiâ sordes pallio occultaret:
*Impudens sim, inquit, si famulatum
Marianum erubescendum mihi esse
ducam.* Ac post ea cum ad idem opus
faciendum redisset, reiecto pallio &
pileo in atrium clara die ramenta de-
portauit. Quâ hæc fronte, inquires?
sanâ, quæ scilicet ruborem concipe-
re aut excutere nouerit, ubi opus est;
cum peccati periculum est, tota ob-
ducitur: cum benè & fortiter agen-
dum, sine rubore serena est. Alibi ad
tirones experiendos ex lege talia ob-
sequia præcipiuntur. Antipolani ne-
minem inter Sodales adlegunt nisi
prius probè exercitum: quorum So-
cietatem ut obtinerent Viri duo pri-
marij, sacram adem aliaque loca, ut
iussi erant, euerrere non abnuerunt.

XI. Fiunt tamen ista promptius,
quando extra ordinem & tumultua-
ria quasi opera præstantur; ut in acie

*Quis ru-
bor de-
ceat.*

CICERO
XI.

*Ex officio
humili-
tatis qua-
runt.*

I

In-

Imperator militis subinde officium
 exequitur: sed, sicuti ex officio tali-
 bus occupari, maioris victoriae est.
 NAM vili officio par animus esse iu-
 dicatur. Subijciam duo memoran-
 da etiam in hoc genere Exempla. Ma-
 nilae in Philippinis Hispanus quidam
 Dux belli enixe petijt ab ijs penet-
 quos est eius officij demandandi po-
 testas, vti sibi liceret Sodalitatis a-
 ditimum adere. Quod ille deinde
 munus sic serio gessit, quasi bellum
 administraret; per se omnia agere,
 peristromata explicare, tapetes sus-
 pendere, aram ornare, atque in om-
 nibus his seruatorum auxilia repudia-
 re, cum plurimos haberet, & illis lo-
 cis dux talis pro Regulo haberetur.

C13.1001.

XII. Burdigalae sanxerant com-
 muni sententia Sodales, vt Expraefe-
 ctus in proxima Praefectura sui de-
 mittendi causa munere Ianitoris
 fungeretur. Post annos aliquos cum

C13.100
14.

Vniuersitatis Rector Praefectura de-
 cessisset, intellexissetque decreto So-
 dalitatis, ad fores seruandas se ve-

cari, impigro alacrique animo munus illud aggressus est partesque suas maxima animi demissione ac voluntate iuxta gessit. Nempe verus amor nihil vile aestimat, quod Magnæ Virginii placet. Eundem morem legibus Romani Sodales Primarij firmarunt ut libro primo relatam est.

XIII. Multum quoque adiuventi affert ad animi modestiam comparandam, culpas suas fateri, deprecari, supplicijs expiare. Quo in genere Sodales à se desiderari nihil passii sunt. De Luxenburghensibus hæc memorantur. *Delicta in leges penam ultrò susceptâ, aut à Præfecto multis precibus exoratâ publicè expiant.* Subnectuntur deinde alia Humilitatis documenta. *Præfecti ipsi ad hæc duces. Fuit qui Tironum, quos ad Sodalitij mores erudierat, ipso quo inscribebantur die, pedes peteret osculari singulorum, ut factis, inquiebat, nunc eos doceam, quod prius verbis. Fecit, emulosque cõcitant. Nam qui uniuersa præest Sodalitati, cum sit Sacerdos ad pedes accidit*

Humilium reum se fateatur.

Directori exposulavitque, ut idem submissionis genus in suos sibi liceret Sodales exercere. Et aliquatenus concessum. His alijsq; exemplis mutuo incitant & incitantur. Idem errata sua in medio cœtu ab us, qui norint, possulant emendationis studio, evulgari.

An. CIO.
10CII.

XIV. In Sicilia alicubi quidam publicè minus commodè audiebat certi vitij nomine. Dum ergo Sodales simul sunt, Oratorium illic ingreditur & ad praesidis pedes adiuoluit supplex petit, ut à se polliceretur omnibus satisfactionem, si quos ex eo

An. CIO.
10CXI.

cœtu læsisset. Eoholani in Insulis Philippinis consueverunt errata sua, quoad potest, palam omni populo in aede sacra enunciare. Inter hos vir primarius accusarat se vinolētiae & mores emendatos in posterum promiserat. Sed inueterata consuetudine tractus latum fortè vnguem à temperantiae regula abierat, ut turbato nonnihil cerebro in somnum lapsus fuerit. Inde ubi euigilavit, simul mentem memoria pacti factique subiit,

ex.

exarsit vindictæ cupidine, arreptoq;
 flagello acerrimè in tergum suum se-
 uire cæpit, ac pueri præambulonis
 voce Hælluonem improbum se pro-
 clamitari iussit, veniam delicti sub-
 misse Sodales poposcit. Quis nega-
 ret sic flagitanti?

XV. In nobilissima illa Neapoli- An. CIO.
 tana Virginis Natæ Sodalitate præ- LXXCIX.
 clarum quoque specimen virtutis e-
 ditum est. Nam cum Episcopus qui-
 dam Sodalium rogatu sacra Eucha-
 ristia omnes impertiuisset, atque yna
 adesset Sodalis primæ auctoritatis,
 Episcopo ob veterem similitatem of-
 fensor, re diuina peracta ad Episcopi
 genua accidit veniamque diuturnæ
 alienationis lacrymans petijt, mirari
 omnes tanti viri humillimam victo-
 riam: Episcopus in amplexus rucere,
 & firmum hunc amicum credere,
 qui tam modestè se adiunxisset. Nihil
 enim amicitiaæ aduersum magis su-
 perbo animo.

XVI. Lemouici adolescens in- CIO. LXX
 genio atque ætate florens Sodalitatē XII.

*Compen-
dium hu-
milium
exemplo-
rum.*

compluribus id genus facinoribus illu-
lustravit. Frequens erat in Xenodo-
chijs, ægris re consilioque præsto a-
derat, rudes Christiana doctrina im-
buebat, præmijsque ad discendi ala-
critatem & certamen inuitabat, nu-
dis detractum sibi indusium inijcie-
bat; vilissimi cuiusque pedes lauabat;
atque illis de causis petulantium a-
dolescentium ludibria hilari animo
excipiebat; pro ridiculo atque ob-
lectamento alijs esse gaudebat, dum
inde Deo honos aliquis accederet.
Inciderat forte in aniculas duas, &
misericordius est, cæcas magna inte-
se vi armis suis, hoc est, maledicenti-
a concertantes, odioque implaca-
bili mutuam in se perniciem medi-
tantes; eas tam placidas reddidit Hu-
milis orator, ut in gratiam simulta-
te posita mox redierint. Quam
amplius firmarent utramque man-
prehensam ad templum Societatis
deduxit, seque curiosè spectandum
in publico, & æqualibus prolixè
dendum præbuit. Alia eiusdem de

missionis exempla de Michaële Ayatumo supra memorata sunt, cuius vitam in *Alphabeto Christi* Monachij edito CIO IXCIX. fusè descriptam lector inueniet.

XVII. Hæc è Sodalibus eluxerunt Humilitatis insignia specimina. Quæ illi à CHRISTO vsque ad crucis ignominiam abiecto, quique se *opprobrium hominum & abiectioem plebis* dixit, & hanc ex se disci virtutem voluit. Secuti sunt illi ducem huius viæ ad cælum inoffensæ patronam suam Virginem MARIAM, quæ titulum HUMILIS ANCILLÆ cum BEATÆ titulo commutauit. de cuius submissione plura Arias. Quæ tanta fuit, vt eius contemplatione Sodalibus meritò debeant ex animo omnem superbiam excludere. Ita Friburgi quidam Sacellum Virginis ingressus, ita post preces fusas animo mutatum se sensit, vt formam corporis cultumque nitidiorem, quibus antea superbus quorumuis monita aspernatus fuerat, penitens attriturus

Doctores

Humili-

tatis.

CHRIS-

TVS.

Psal. 21.

Matt. 12.

MARIA-

l. 1. c. 1.

ad 7.

B. Virgi.

in recor-

datio hu-

militeatō

ingene-

rat.

CIO. ID.

XCIX.

in lutum se gregalibus ridendum abiecerit. Hanc ergo & nos intueamur filij ancilla & vanos spiritus, inanem que mentis tumorem compefcamus, nam Aliter ad Deum non itur, *Videtur de Temp.* *serm. 175.* magnum miraculum, ait Augustinus, altus est Deus; erigis te, & fugit a te, humilias te, & descendit ad te, quare hoc? quia excelsus Dominus & HUMILIA respicit, ut attollat: ALTA, id est, superba de longè cognoscit, ut deprimat. Leuari volumus? deprimamur. Sed iam ad eos actus qui propius ad Deum deducunt veniamus.

CAPVT II.

SODALES ORAN-
DI STUDIO EXER-
CENTVR.

Quantum ad omnem virtutem, quadiumentum afferat interior, quædam cum Deo familiaritas omnes Asceticos Professores copiose docent; & ratio ipsa apertè conuincit.

cit. Si enim eorum plerunque mores imitamus, quorum consuetudine utimur, quam sanctis eum moribus prædicitum esse oportet, qui Deo frequenti commercio conuiuunt? Hinc & nostri Sodales eam integritatis tuendæ rationem tenere student.

I. Ac primum quidem eas preces, *Vocales orationes recitant.* quas ore fundimus, quotidianas statasque dicunt ex legibus; quibus vltro alias adijciunt, easque genibus nudis aut brachijs expansis sæpenu-merò relegunt. Exempla passim obuia sunt, & à me sine fastidio inculcari non possunt. Quantam verò eorum orationes vim habeant, sequenti libro ostendam.

II. Trium tamen hic mentionem *An. CIO. IOCVIII.* omittere non debeo. Cùm Sodalis quidam Brunensis preces vespertinas in templo solueret, iamque illud Virgineum melos, quo diuinam se beneficia collata deprecatur olim B. Virgo, secum occineret, tam ardenti in Deum flamma succensus est, vt non ante quieuerit, quam in nemora sola

secederet, in quibus totum biduum
 cibi potúsque oblitus inter pias pre-
 ces ac meditationem rerum diuina-
 rum inexplicabili mentis voluptate
 traduxit.

Anno
 MD. LXX.
 IX.

III. Alter in eadem Moravia pe-
 nè puer Olomucij moriens ostendit,
 quantum referat, in viuis operam
 precibus impendisse. Auctor Alpha-
 beti sic rem commemorat. *Ex in-
 fima Grammatica discipulus erat: qui
 quod Officium Beatissima Patrona
 sua integris viribus recitare frequens
 consueffet, id in sua quoq; inualetudi-
 ne faciendum multo magis putauit, ut
 qui morti propior esset & mercedi: le-
 gere ergo suo more preces Marianas
 dum vult, clauduntur oculi, & ille ad
 Sodalitium Diuorum auocatur, per-
 tinaciter a deo intra digitos herente li-
 bello, ut (quod ei commode extorqueri
 non posset) cum eodem articulis sic im-
 pedito, cent tessera sua in Deum & Vir-
 ginem pietatis fuerit sepeliendus. Has
 videlicet Sodalium Inferias esse de-
 cet.*

IV. In.

IV. Ingolstadiensis quidam con-
 fuerat horarias preces Virgini sacras
 quotidie dicere. Huic aliquò iter e-
 rat. deliberat ergò, velítne easdem
 preces porro dicere, an ob itineris
 incommoda in præsens ommittere.
 prius illud animo sedit, quod Magnæ
 Matri obsequium gratius, quò diffi-
 cilius futurum speraret. It equo; di-
 cit quotidie. Die vno nescio an tæ-
 dio, an aliâ causâ, intermittit; vel ve-
 rius breuioribus *Rosarij* commutat.
 Sed dum pergit, cum equo in palu-
 des easque angustias deuenit, vt nul-
 la ratione ex eo se periculo emerge-
 re, neque certum consilium, in me-
 tu vsque attentus capere posset.
 Tum subito ea illi cogitatio incidit,
 erroris causam precum solitarum
 negligentiam fuisse. Constituit er-
 go apud animum suum, perpetu-
 um illud officium Virgini, quasi pen-
 sum quotidianum præstare. Vix ita
 proposuerat, cū ecce tibi ipse equus-
 que sine difficultate euadunt; mo-
 dum tamen neque explicare, neque

Anno
 CIO. 10
 LXXVIII.

Neque
 proposita
 bona im-
 punitè
 semper o-
 mittuntur.

ipse cognoscere potuit; ut saltem id nosset, Beatam Virginem tempore Sodalibus supplicias venire, si ipsi ab ea longius non abeant.

V. Nec mirum est Sodales ad orationem, cum in mala inciderunt, velut ad remedium certum confugere, cum in ea bona omnia sita sint. Unde Dæmon invidia hominum omne suum studium eò confert, ut orationem interturbet. Quare coniti debent omnes, ut ne tam praestans auxilium sibi patiantur è manibus eripi. Quod aënalibus Dilinganis quidam insigniter prestuisse perhibetur. Fuit, qui media de nocte precibus suspendendis incumberet. Hostis bonorum genius malus indigne videlicet tulit votis inuigilantem: atque ut transuersum ageret Palastritam, felium gregem inuicem raptantium gannientiumque representauit: mox in puellam venustissimã transformatus ad vetita blandimenta est lenocinatus: noster rudem Sanctæ Crucis decussatam pratendit, eoq; ictu terga vertere coegit Impurissimum

CID ID
LXXX.

simum lenonem. faceſiuit is quidem;
ſed pro Impudentia redit priſtinaſque
feles obicit. Adoleſcens aliud expedire
genus armorum & intonare ſalutem
Angelicam, quibus vocibus mirmillo
ſtygius adeo territus profugit vt reti-
arium ſuum de cetero nunquam au-
ſus ſit inquietare. Hæc illi.

VI. Aliud precandi genus eſt co-
gitationes crebrius ab humanis ad
diuina attollere, & vt cautæ aues o-
culo ſemper vno cœlū intueri. Quod
in primis fit, cum operationes no-
ſtras Diuino Honori conſecramus,
cum quaſi iacula quaſdam è pectore
breues preces intorquemus, cum è
rerum creatarum occuſu veluti gra-
dibus quibuſdam ad Deum aſcendi-
mus. Hoc habebat Tho. Vduardus
Anglus miro animi candore ac ſub-
miſſione Iuuenis, ſtudio pietatis ap-
primè deditus, vt è literarum ſtudijs
ad pietatem ſemper aliquid transfer-
ret, exemplo ſit vnum quod memo-
rabo. Cum Logicus eſſet, Syllogif-
morum formulis concinnandis ma-

*Breuis
precatio-
ne Deo
ſua ne-
gotia di-
cant.*

*Anno
CIC. IC
XCII.*

teriam piam subijciebat, simul ad v-
sum disputandi parandum, simul ad
mentem excolendam. Talis fuit ille
Syllogismus.

*Sempiterna vita sempiterno, si fieri
posset, labore esset emenda
Paradisus gloria est vita sempiterna.
Labore igitur, si fieri posset, esset e-
menda sempiterno.*

Qui talibus cogitationibus vitam
transigunt, eos sanctissimè vita de-
fungi necesse est. Ita & hic reliquæ
vitæ similem clausulam habuit. Nam
extremo illo tempore bis alto quo-
dā mentis excessu abductus est à sen-
sibus: vt ad se redijt, visum sibi esse
suum Angelum Tutelarē, & S. Tho-
mam Apostolum affirmavit, qui se
in amantissimos locos.

*Fortunatorum nemorum, sedesque
beatas deduxerint, vidisseque ibita-
lia, quæ plus verbis hilaritate plenif-
simis, desiderio coeli, in Deum amo-
re, quam propria narratione explica-
bat. Sic pietas ad omnia utilis est.*

I. Timot.

4.

VII. Referam adhuc vnum illud
è quo

è quo discere possimus, profana quo-
 que in sacra transmutari posse, si bo-
 nus animus artifex accedat. Craco-
 uiæ primarius quidam Academiae
 Professor sibi in somnis visum eius-
 cemodi obiectum retulit. Vidit no-
 men Auctoris profani, quem eo se-
 mestri Auditoribus suis prælegebat,
 aureis & magnis literis descriptum,
 & in altari quopiam augusti Tem-
 pli suspensum. Facili coniectura
 assequi possumus, quid visum por-
 tenderit. Solitus enim fuerat princi-
 pium studendi docendique à Deo &
 B. Virgine facere, eorundemque
 honori eruditionem suam dedica-
 re. Nimirum profanorum quoque
 auctorum tractatio æstimationem
 suam apud Deum habet, si vt olim
Aegypti spolia, in religiosum vsu scri-
 pta profana conuertuntur. Sic som-
 num capere, cibo potuque vti, ho-
 nestis oblectamentis curas dispel-
 lere, precio suo non caret, si bona-
 mens id genus actiones Deo deuo-
 ueat. Quare par est diligentem om-

Quantū
 ea pietas
 profit.
 CIO.
 LOCX.

nes in hoc genere operam ponere,
vnde tot tantasque opes animi re-
portent.

*Medita-
tio rerū
piarum
magnam
Sim ha-
bet.*

VIII. Sed inter omnes preces ex-
cellunt illæ, quæ meditatione inflā-
mantur. Cum videlicet è re quapiam
certâ cognitâque, discursu rationis
sensim ad rem aliquam occultam e-
ruendam cognoscendâque perue-
nitur, siue id fiat è causis effectus de-
ducendo, siue contra effectibus
ad causas rimandas penetrando, siue
oppositorum comparatione, alteri-
us seu honestatem seu turpitudinem
deprehendamus, siue alijs de alijsque
modis in veri incogniti noticiam de-
ducamus. Quibus rebus fit, vt vicio-
rum fæditatem quasi intra viscera ab-
strusam meditando in lucem profe-
ramus, iamque eius nos pigeat pæde-
atque & toto animo aueriemur: con-
trâ virtutem, quam sicuti acerbam
refugeramus, nunc facilem iucun-
damque experiamur, penitusque
complectamur. Interponuntur vota
ardentia, quibus auxilium à cælesti-
bus

bus exposcitur, seu ad vitia deserenda, seu ad virtutis viam firmiter in- undam, vel aliud aliquid impetratur. Sed de toto hoc meditationum ope- re Ludouicus de Ponte & Domitius Platus Societ. IESV præclare multa scripsere; meliusque experiendo, quam legendo perdiscitur.

IX. Sodalibus ex lege quadrans horæ in eo studio expendendus est, cum sacris epulis accubuerunt, vt in præsentis hospitis amorem meditan- do ingressi, quæcunque salutis suæ commoda aut necessaria sunt in ea luce intelligant, atque ab illo amore consequantur. Et nimium præstat eo temporis articulo hanc precandi ra- tione sectari, quàm è libro alienos affectus proferre. Nam nostra vt à ra- dice interiore procedunt, ita ex ani- mo deuntur, & penitus in animum demittuntur, quàm aliena.

X. Multis quoq; in Sodalitijs vsu receptum reperio, vt in ipso conuen- tu materiam propositam horâ vnâ vel dimidiâ commententur. In In- gol-

*p. I. me-
dit. & p.
I. Ducus
spiritua-
lis.*

*De Pas-
sione Do-
mini.*

*Post Cõ-
muniõ. e
Sodales
medi-
tantur.*

*Aliis
quoq; tẽ-
poribus.*

*An. C. D.
ICXCI.*

golstadiensi ultimo biduo quadragintadialis Ieiunij horis diurnis ad Christi sepulchrum precaturis, prius à Patre quopiam materia meditandi de cruciatibus Domini in certa capita distributa explicataq; est; quod consequentibus dein annis aliquandiu factum inuenio.

De Exer-
citiis sp-
ritualibus.

XI. Verum diuturnior quidam secessus tempusq; ad meditandum sepositum (*Exercitia* vocant) plurimis salutis fuit. Nam cum præteritorum annorum errores relegunt, penficulatus criminum grauitatem penasque penetrant, vestigia retro referre, aliam vitæ viam, qua Deus inuitat, qua Christus ducit, dissimiles sui ingredi incipiunt; tanta morum mutatione, vt spectatoribus admirationi multisque exemplo optimo fiant. In re quotidiana vnura adferam. Cordubæ quidam à pietatis studio vehementer abhorrens animo diuinitus mutato, cepit velle saniora consilia meditari: Cum igitur in domum Societ. IESV quasi in secretum.

Quo frus-
tra susci-
piantur.
AN. CIO.
IDXCVII.

tem-

templum secessisset, sacraque exerci-
 tatione animum acuisset, & ad vir-
 tutem omnem incitasset, constanter
 postea captam bene viuendi ratio-
 nem vrsit, dum ei vita fuit. Frequens
 Nosodochia adibat, omniaque æ-
 grotantibus officia prestabat; in ora-
 tionis studio intentus erat; ter qua-
 que hebdomade corpus flagris acri-
 ter cædebat; ieiunio sibi indicto ad
 inopes reficiendos aliquid compar-
 cebat. Ipsius exemplo monitisq; do-
 mestici omnes vitæ totius culpas ex-
 omologesi expiarunt. Videtur vitam
 breuem compendio maximis factis
 aliorum æuo æquiparare voluisse.
 Nam lapsus in morbum cum paulo
 post è vita migraturus esset, domesti-
 cos ad se accersitos manu prehen-
 dens, magno diuini honoris tuendi
 studio obtestatus est, ne vnquam vl-
 lo se peccato mortifero obstringerët.
 Morti proximus magnam cum in-
 fernis accusatoribus visus est alter-
 cationem suscepisse; iam illorum re-
 spondere accusationibus, crimi-
 na

na partim refellere partim fateri, sed diuinæ misericordiæ iura obtestans, iam ea rite expiata dicere. Ad extremum modica interposita quiete Angelum custodem salutauit, & sicuti brachia collo eius circum seclusurus, in eo conatu expirauit: cum & diem & horam, qua ad Dominam suam (ita loquebatur) proficisceretur iam antea prædixisset. Quis non videt tam felicem abitum, ab illo virtutis primo ingressu instructum fuisse?

*Cur Ex-
ercitia
animos
tantope-
re im-
mutent.*

I.

XII. Ac mihi quidem consimiles morum mutationes ex eo secessu institutas contemplant, in mentem venit causam tanti effectus aperire, ut auidius ad eam Exercitationem conuolent, quorum animus generosiore impetu humi iacentem viram superuadere, Deoque se dignum effingere concupiscit. Supra iam causam vnā, alteram attigi; quod nimirum cum Deo familiaritas quædam maior necessitudoq; ibi intercedat, e qua non possit non mens collustrari & sanctis ignibus inflammari; deinde

inde quod rerum omnium eam vilitatem intueri queat, quam facile despiciat, amoremque suum ab illis abstractum ad Deum, cuius infinitam præstantiam usu atque consuetudine propius nosse incipit, transferat. Quod se virtutis pulchritudo atque sincera iucunditas ibi aperiat; vitiorumque turpitudine & molestissimi aculei in lucem ac conspectum profertantur. Quo fit ut virtus probe cognita nullo negotio ad se trahat; & vitia remoto falsæ voluptatis velo prodita, horrore sui abs se cautiore absterreant.

XIII. Sed illa potissima causa mihi videtur, quod Deus optimus *divitias bonitatis suæ* extenta manu mortalibus passim porrigat: Ea tamen contra nostra negligentia est, ut dici non possit, quantum quotidie damni faciamus, dum clauso pectore diuinam beneficentiam excludimus. Pauci toto sinu Deum accipiunt, & cælestibus se donis collocupletant. Enim verò si vnquam vllum tempus est,

2.

3.

4.

est, cum se animus cœlo dilatat ad eius opes capiendas, illud est, quo a curis alijs liber Deo vacat. Hic se diuina liberalitas vbertim infundit, capacemque mentem sanctissimis votis ipsoque adeo DEO complet, vnde alacris ad pia, veluti secundo vento, inferatur. Tunc illud dicit, quisquis

l. 10. Confess. c. 28. *Cum inhesero tibi ex omni me, omnino nusquam erit mihi dolor & labor: & Vita erit Vita mea, tota plena te. Et quoniam, quem Tu impleas, subleuus eum; quoniam tui plenus non eram, oneri mihi eram. Et paulo ante: Vocasti & clamasti, & rupisti surditatem meam. Coruscasti, splenduidisti, & fugasti cecitatem meam. Fragrasti, & duxi spiritum, & anhele tibi. Gustavi, & esurio & sitio. Tetigisti me, & Exarsi in pacem tuam. Hæc ibi fiunt, & miramur alios inde prodire, quàm eò se receperant? Fabulæ memorant certis herbis ne'cio quem acherunticum senem Iuuentuti restitutum, Verè hîc plures senium exuere; caloreque*

reque diuino excocti latae Iuuentae redditi sunt. Hic curuae in terram animae, os sublime gerere caelumque tueri doctae sunt.

XIV. Denique mihi animus corpusque nostrum, vti vitae consortio, ita morborum iactatione ac cura congruere videntur, cum corpus prauis humoribus diffusis laeguescit, neque cibo neque potu recreatur; literae, colloquia, negotia omnia illi fastidio molestiaeque sunt; languere tantum & nihil agere placet, & hoc ipsum adeo iniucundum est. At vbi cursu aut iactu disciue pilae redundans humorum copia extenuata, corpore eiecta est, tum vero ciborum appetentia redit, delectant studia nos nostra, iuuat colloqui, tractare negotia, denique tunc viuere nos experimur. Ita cum animum prauae libidines affectionesque distortae obse-

5.

Animus cupiditatibus suis languet.

fasti-

le.
o à
di.
ca.
otis
de
to,
quis
nus:
mi-
bor:
ate.
emus
m,
Vo-
lita-
ti,
i,
esta-
e,
iunt,
quam
orant
erunt
atum,
calo-
reque

*Exerciti-
is rele-
uatur.*

fastidium : sacris epulis sine gustu
quasi insipidis accumbit. virtutum
exercitatio Hercules labor credi-
tur : quid multis? Fractus ac dissolu-
tus, sibi met displicens iacet. Hic ubi
se ab illo suo tumultu & fastidiosa
iactatione recepit ad illam quietem,
principioque leuē vim sibi met in-
tulit, & repetito mentis per pia dis-
cursu, aliquandiu se exercuit, mirum
dictu est, quam mox alia omnia velit
ac sentiat. Precari, loqui, commentari,
legere audire sacra, minime ardu-
um; semet frangere, excutere, expia-
re, iucundum est; Eucharistiam su-
mere. Deo sese dedere, in illo hærere,
voluptati est; denique iam verè vi-
uit, & veterno excusso totus alacer
est.

*Exerci-
tia & su*

XV. Hæc sunt illa bona, quæ stu-
dium illud, si benè colas, in se conti-
net. Cuius vim nemo verè ac perfe-
ctè æstimare potest, nisi eo se ipse ex-
erceat, inquit Canariensis. Inde mi-
rabiles morum vitæque totius muta-
tiones extiterunt, tantumque lumen

vi.

viuendi accensum est, vt Bartholo-
 mæus Torres Episcopus Canariensis
 testatus sit Deum, triginta annis, qui-
 bus versatus sit in studijs Sapiencia, &
 permultis, quibus Theologiam docue-
 rit, nunquam ad suam utilitatem di-
 dicisse tantum, quantum se Exercitia
 paucis diebus docuerunt. Ac neminem
 sibi cognitum ait, qui non pietatis ma-
 gnum inde profectum retulerit, pa-
 lamq; predicaret, nihil omnino è mor-
 talibus rebus se voluisse ys antelatum.
 Atque utinam inquit, quanti est ille
 thesaurus tanti æstimare possemus. Vn-
 de merito PAVLVS II. Pontifex Ma-
 ximus plurimum hortatus est in Do-
 mino omnes & singulos vtriusq; sexus
 Christi fideles vbilibet constitutos, vt
 tam pijs documentis, & Exercitijs uti,
 & illis instrui deuotè vellent. Sed de
 hoc satis superque dictum est: plura
 Nicol. Orlan. & Ludouicus de pon-
 te memorat, quæ non exscribo, cum
 in multorum manibus versentur.
 Nunc ad institutum reuertor.

XVI. Sodales itaque & rationi-
 bus

*tantum
 cognos-
 cuntur.
 Nicol.
 Orlan. in
 Histor.
 Societ. l.
 13. n. 35.*

*In Bulla
 Exerciti-
 orum li-
 bro prafi-
 xa.*

*In Histo-
 ria Socie-
 tat.
 in Vita
 Balth.
 Alua-
 re c. 42.*

K

bus

flu
 m.
 di-
 lu-
 vbi
 sa-
 em,
 in-
 dif-
 um
 elit
 ita-
 du-
 dia-
 fu-
 ere
 e vi-
 acer
 flu-
 nti-
 rfe
 ex-
 mi-
 uta-
 men
 vi-

*alijsque
suis opus.
c. 11.*

*P. Spinel.
lus de B.
Virg. c.
40. n. 16.*

*B. Virgo
praecipua
Exercitiorum
Magistra.
in Vita P.
Alua.
162. c. 43.*

bus eiusmodi & exemplis quoti-
die ob oculos positis ad hoc orandi
genus vehementer accenduntur.
Neapoli ad oblatorum Clericorum
Sodalitatem nemo admittitur, nisi
qui diebus aliquot prius animum il-
lis studijs excoluerit. Alij ad praefe-
cturas gerendas pro officij dignitate
sibi hinc adiumenta necessaria pe-
tunt. Nemo denique est, qui diuinis
calescere cupiat, quin ad hunc ig-
nem accedat, atque inde ignem ac-
cendat suum.

XVII. Quod eo libentius alacri-
usque praestare Sodales omnes de-
bent, si B Virginem MARIAM horum
Exercitiorum auctorem, ijsque olim
vsam fuisse cognorint. Rem comme-
morat P. Ludouicus de Ponte, cuius
nomen scriptis celeberrimum facile
fidem conciliat narrationi. *Ex mul-
tis, inquit, personis, quibuscum de ra-
riori ac sublimiori quodam precandi
studio tractare solitus sum, quaedam
fuit, cui Deus Deiparaq; Virgo singu-
lari benevolentia fauere, caelestiaque
dona*

*dona impertiri consueuerunt. Cuius
 ego dictis eam fidem habeo, quam ulli
 homini veracissimo, absq; falsi formi-
 dine habere possum. Ea itaq; in hunc
 modum mihi memorabat. Anno se-
 culari cum Patres Societatis à nego-
 tijs tractandis ad otium illud se sedu-
 cerent, mihi quoq; in mentem venit,
 dies aliquos sumere atque domi meæ
 in eadem me studia abdere. Cum ita-
 que prima luce meditationi rerum
 diuinarum me dedissem, repente cō-
 spicor è Cælitibus vnum quendam
 oris maiestate insignem; isq; adeo ad
 me ire visus est. Obsupui: ille se Ga-
 brielem Archangelum dicere, mis-
 sum à Deipara, vt mihi salutem ex se,
 aliaq; nonnulla nunciaret. Ego, quæ
 me nossem tali nuntio indignam, e-
 rubui & blandæ salutationis insidias
 vereri cæpi; atq; ne in fraudē impru-
 dens illicerer, rogavi, &: Sine, inquã
 si tibi videtur, me prius, vti cæpe-
 ram, Deum super ea re consulere.
 Annuit is perlubenter mea q; trepida-
 tione delectari visus est: vt iam ex eo*

*Humili-
tas opti-
ma & so-
rum ex-
ploratrix
ac restis.
Vide S.
Tho. 2. 2.
q. 171. a 5.*

*B Virgo
Exerciti-
is l. m
11. 1.*

insidiarum suspicionem ponere cœperim. Solent enim si qui sunt tenebriones Genij lucis diuinæ censuram calidè euitare. Illo igitur omisso, pergo Deum obnixè precari, ne id offètum mihi fraudi foret, nèue aliquid accideret, quod Deus nollit. Interea quietem animo rediisse, & vera Legatum dicturum, promitti mihi diuinitus sentio. Accido igitur ad genua, & ad audiendum modeste me compono. Tum ille: Quod rebus p̄js, inquit, cōmentandis Dei que in te merita, eiusque Maiestatem meditatione altius perspicere instituisti; id vero Reginae cœli gratissimum est; idq; sibi abs te obsequium deferri vehementer laudat. Nam se eo um Exercitiorum ait Auctorem ac Magistrā fuisse: adiuuissè enim ac docuisse Ignatium, vt ea in hunc modum fieret; atq; vt is vellet, se impulissè: imo cum inter mortales vitam ipsa ageret, hoc se præcipuè orandi studio vitam traduxissè confirmat. *Hac Gabriel personæ illi; illa mihi retulit, quam si bene*

noxi,

novi, fallere noluisse; si rem, ut gesta est exputo, deceptam non fuisse certo affirmare possum. Hæc Ludouicus, Habent itaque Sodales Exercitiorum auctorem patronam suam, ut vel hoc nomine, si alia deessent, magni ea facere, amplecti, atque eo officio Magnæ Matri obsequi velle debeant. Sed nunc alia videamus.

CAPVT III.

CONFESSIO
PECCATA EXPIANT.

Peccatorum frequentem expiationem, & sacræ Eucharistiæ communionem præcipua ad vitam sanctè traducendam adiumenta esse omnium iudicio comprobatum est, ut in ea re confirmanda nihil mihi laboris sumere debeam.

I. Ob eam rem è legum præscripto singulis mensibus, & plus eo mysteria illa obire Sodales soliti sunt. Multi usum eorum nequeunt in mē-

*Quoties
Sodales
confite-
antur.*

sem producere, sed vel quinto decimo quoque die, vel etiam octavo sese culpis exonerant. Sic Madriti mille Sodales octiduana Exomologesi quamplurimos Sacerdotes occupatos habent. Alicubi ut ab omnibus id fiat, legibus proprijs statutum est.

An. CI^o.
I^o CI^o IX. Brugenses in Belgio à R. P. Prouinciali Societatis IESV expetiuerunt, proque singulari beneficio accipere, ut sibi quouis octiduo liceat conscientiae onus deponere.

An. CI^o.
I^o CI^o II. II. Græcenses ut id omnes facerent lege quoque sanxerunt. Quam cum Sereniss. CAROLVS Archidux perlatam intellexisset: *Si omnibus, inquit, ea cura incumbit, par est ut in meo exemplum non habeam; sed quos lex in tam sanctum opus deducit, eos ut ego meo exemplo pariter urgeam conuenit.* Quis ire recuset, ubi tales Duces praesunt?

CI^o. I^o
XCII. III. Habuerunt subinde alios quoque monitores officij sui Sodales. Petrocorij in Aquitania quidam ipsos tres & viginti annos quotidie

corollam Virgini Matri precando pertexebat, eiusque ferijs sacra mysteria obibat. Omiserat forte negligenter die quodam eum morem: cū nocte dæmon inuasit hominem & raptare cæpit; adfuit extemplo clienti suo Patrona Virgo, atq; in contrariam partem retraxit castigatore importuno reiecto. *Benigna*, inquit historiae Auctor, *quod inimicū à suo cliente repulit: fortasse benignior, quod inimicum in clientem immiserit: nam eo terrore in eius animo magna diligentia, constantia, pietatis, ceterarumque virtutum semina excreverunt.*

*Virgentur
Sodales
terroribus
ad confessiones.*

IV. Eundem monitorem, eandē patronam habuit Sodalis Diuionensis, qui grauioris culpæ conscius, verbera conscientia negligere videbatur. Adfuit enim hostis, rapereque ad inferos visus est; adfuit & Virgo vocata, suumq; hunc clientem asseruit; si tamen ab eo peccati genere immunem se in posterū seruare vellet promisit; abiecit periculosum onus, totumque Virginis cultui se addixit.

AN. C. 10.
10CVIII.

V. Alijs Confessionis auctores beatiores fuere. Madri i è Sodalium numero vnus aliquis morbo decumbat, vt eius iā dep orata esset salus: nec tamen Sacerdotem, cui errata sua exponeret, accersendum curabat, veritus credo, ne molestus esset. Huic noctu visum eiusmodi oblatū est. Vidit quamplurimos è Beatorum numero supplicantium ritu procedentes, ducente agmen Petro Apostolorum principe. Ægri complures adducebantur ab isto pro potestate sanandi: sed eum ad eum ventum fuisset, qui hæc spectabat: *At istum, inquit, prætereamus confessionis negligentem.* Hoc viso excitatus protinus conscientiaæ arbitrum accersi iussit, peccatisque expiatis paulo post cum omnium admiratione meliori valetudine vti cepit: postquam videlicet interiores morbi causas reiecit.

VI. Vt Virtus etiam post funera viuit, ita Monitores quoque mortui prodesse student. In Menensî oppido Siciliae Sodalis quidam & ad conuen-

C13.

10CXI.

uentus, & ad diuina mysteria obeun-
 da tardior cessatorque esse cæperat;
 atque à religione officij sensim de-
 clinauerat. admonet hominem fre-
 quenter Præses Mariani Collegij, sti-
 mulisque ad officium vrget acriori-
 bus. Sed quid facias veterinoso? non
 plus proficit, quam qui surdo fabu-
 lam narret. Maiore vi excitadus fuit.
 Nocte quadam visus est ei Sacerdos
 è Societate IESV iam olim vita & mu-
 nere Sodalitij huius dirigendi defun-
 ctus, ante oculos adstare, segnitiam-
 que grauius exprobrare. *Nempe tu
 impune, inquit. tibi negligenti esse lice-
 re existimas? falleris miser. iam nomen
 tuum ad Magnam Matrem delatum
 est: ab ea pœna tibi imminet, nisi Soda-
 lium officia posthac facere, non nomen
 tantum inane esse velis.* Somnium ille
 visum id credidit, & pro somnio, id
 est, nihilo habendum. Sequenti ta-
 men nocte eadem species obiecta,
 minæ grauius additæ. Sed & hæ-
 ventis ab illo creditæ; & maius apud
 ipsum pondus inolita socordia ha-
 buit,

buit, quam superna monita. Tandem tamen repetitis spectaculis fidem habuit, & à mortuis viuere didicit.

An. CIJ.
1090.

VII. De tota vita retexenda Sodalium Neapolitanum admonuit Virgo Sanctissima, eà ipsa forma sese videndam offerens, qua cernebatur in Sacello Sodalitatis. Sed maiorem admirationem parit, quod Franciscus Bencius alicubi memorat euenisse alteri Neapolitano Sodali. *Occultabat, inquit, aliquandiu, in magna estimatione pietatis, admissum scelus, seu patefacere differebat: nec licebat rem facere, quodlibet lucrum domestica impensa deuorante. Die quodam operanti intentius, interuenit homo ignotus, habitu peregrino: ab inuisenda Virgine Lauretana, cuius & imaginem insuerat in vestem, videbatur regressus. Tum arrepto instrumento artificij dat ansam mutui colloquij: eo procedente. Iamdiu, inquit, animi angeris, & tectum quoddam facinus, quod premis, accendit intus dolorem tuum. Quin promissum illud confessione,*

vt omnia tibi optata contingant. ?
 Quod si facere omittis, nã tibi tuif-
 que rebus haud paulo deterius erit,
 quàm prunis istis (*aderant vt mos est
 opificibus in foculo prunæ*) ardentibus
 concepto igne. Tum artifex pudore
suffusus, negare tale quicquam sibi es-
se. Noli culpam augere, *inquit alter,*
 apud scientem. Hęc me ad te misit:
simulq; imaginem Lauretana Virginis
ostendit. Nec moratus plura, discedit,
& relinquit hominem attonitum, om-
ni contatione differendi Consilij exem-
pta. Ita Bencius de congregat. Nea-
 politana. Rem gestam ipse, cui eue-
 nerat, alijs ante narrauerat.

VIII. Neque tantum hortatrix
 ad peccatorum exomologesin, sed
 adiutrix quoque fuit Mater Purissi-
 ma. Cum enim Monachij Sodalitatis An. CIO,
 penetralia animi sui quàm diligen- 10LXXX
 tissimè perscrutatus fuisset, ne qua VI.
 labes sibi inscio adhæresceret, quam
 Sacerdoti non ostenderet, vt no-
 stra oculis lippis facilè peruidemus,
 rogauit Deiparam, vti eius be-
 nefi-

neficio sibi fas esset, peccata omnia confiteri, neq; vllum notitiam suam effugeret. Audit rogantem integritatis Magistra. Ecce tibi è sublimi ante os precantis pagella decidit candore eximio, quæ minutis elaboratisque literis quoddam illius peccatum expresserant: adiecit, si id aperiret, Rosariumque perlegeret, bono loco res ipsius futuras. Auxit miraculum, quod, cum Sodalis alter eius æqualis, parens, parochus alijq; conarentur, nunquam chirographum illud intelligere potuerunt.

XI. Possem hic innumera comoda quæ è culparum frequenti expiatione proficiscuntur, in medium afferre, sed in re inculcata morari non placet. Illud rarius est, ob quod merito id studium amare debeant literarum studiosi, quod intellectui lumen quoddam accedat. Rem vnus experimento testatam faciam. Taurini A dolescens boni alioquin ingenij in literis vix quicquam proficiebat, tametsi labori atque industria nihil

*Confessio
ingenij
acuit.
C. 13.
13011.*

nihil parceret. Iamque ea quoque quæ hauserat effluere, & in dies res eius retro referri videbantur. Admonuit eum Magister, vt rationes cum animo de omni vita subduceret, cōscientiæque suæ arbitro exponeret; paruit; lustrauit; expunxit. Inde omnem disciplinam ita complexus est, ea facilitate literas combibit, vt omnibus admirationi, & sibi ipsi dissimillimus esset. Contrà nulla re magis ingenia hebescunt, quàm flagitiorum conscientia; siue stimuli perpetui effodiant, quod inseritur; siue animus fæditate conspersus parum perspicax sit. Sed alia de confessione, vt dixi, silentio prætereo. De eo, cui noxarum nostrarum arbitrium committimus, verbum vnum addere visum est.

X. Constituitur autem certus vnus alterque aut plures è Societate Sacerdotes, qui confitentibus aures præbeant, præter quos ad alium accedere non liceat, nisi eius legis cuiuspiam grati ex causa fiat gratia. Cur

verò sic institutum sit, video mirari nonnullos alios molestius etiam ferre. Sed si rectè animum volunt aduertere, id ex æquo bonoque fieri intelligent. Nam principio qui Sodalitatum erectarum finem eum esse considerat, vt Sodales ad maiorem virtutum Deique ac Deiparæ honorem amplificandum dirigantur: facile is videre potest, quàm necessarium sit, vt cuique suus certusque sit vitæ arbiter, atque vt eorum Sodalitatum, qui à Patribus Societatis reguntur, non sit alius, quam Societatis Pater.

*Certus
confessa-
rius deli-
gendus
est.*

XI. Vnum certumque esse conuenit, qui te norit, qui morbis tuis efficacem medicinam faciat: sanitatem non amat, qui apud multos Medicos quærit; priusquam morbum tuum quartus quintusue inspexerit, perijiti. Ita qui temere per diuersos animorum medicos vagantur, morbis vix leuantur. Vt neque Pastores, neque Cocos plures prodesse aiunt. Quid enim quæris? vt & hic & hic
diffi-

dissimulet ? vt impunè apud tertium
 deponas , quod ad primum iterato
 referre non audebas ? vt quartus te
 ad se primo adeuntem benignè di-
 mittat, quem primus relabentem to-
 ties, absoluerè non posset ? vt nemo
 sciat te eadem iterare ? vt peccandi
 occasiones nemo præscindat, quia
 nemo notat ? Quisquis talis es, arbi-
 tros quidem mutas, sed nō animum;
 & si nescis, rarò absolueris ; quia
 idem, id est, reus esse vis, atque cor-
 rigere ad seriam frugem animum
 nunquam inducis. Et videlicet pal-
 pum aut fomentum, non scalpellum
 vlcibus tuis quæritas. Serio inte-
 gritatem animi tui exposcenti, sit
 certus, qui animum perspectum ha-
 beat, qui constanter morbum curet,
 qui remedijs mutatis experiatur om-
 nia, vt tibi sanitas reparetur. Quibus
 alia mens, illi iam prope propius pe-
 rierunt. Sed in re tam certa plus dixi,
 quàm satis fuit.

XII. Eundem è Societate eligi
 leges iubent. Neque id verò eo di-
 ctum

*Vagorum
 certum
 periculū.*

*Cur è So-
cietate
Iesu con-
fessarius
petendus.*

*Leg. 4.
Sodalit.*

ctum est, quod alij non sint, qui id
munus rectè obire queant. Sunt sanè,
& quidem viri non minori pruden-
tia, rerum vsu, eruditione atque san-
ctitate præditi, quàm sint illi, è quibus
optionem faciendam volumus. Ve-
rum ita comparatum est, vt cuius
hominum generi sui sint mores, sua
non tantum viuendi, sed alios quo-
que tractandi ratio. Varijs itineribus
ad Virtutis fastigiũ itur. neque quod-
uis cuius commodum, neque omnia
tentanda, nec quidlibet quiuis do-
cet. Aliter ad Deum deducunt Socie-
tatis Patres aliter Religiosi alij: quis
que quã it, non procul ab ea via reli-
quis ad cœlum iter ostendit. Qua in
re si non plenum periculi, certè la-
boriosum valdè est, de via in viam
diuertere, & ex ea, quam rectè infi-
stis, in aliam abripi, bonam illam qui-
dem, sed à priore diuersam. Vna via
& propius itur, & minor est erratio.
Institutionis verò ac præceptorum
ambigua permutatione illud quæri-
tur, vt desultorio motu plurimum
fati

fat geris & parum promoueas. Hinc
 sapientissimè institutum opinor, vt
 Sodales, qui se Societatis Patribus in
 rerum spiritualium officijs erudien-
 dos commiserunt, iisdem conscien-
 tiarum suarum moderatoribus vtan-
 tur: vt ea ratione & facilius & citius,
 quò volunt, perueniant, dum præ-
 ceptorum similitudine vno in itinere
 continentur. Iam si illis in omnibus
 alijs auscultent, quæ ad animos ex-
 colendos pertinent; in iisdem verò
 expurgandis ac persanandis aliorum
 opem expetant, laborem inanem ipsi
 capiunt, & cultorum industriæ ma-
 lignè respondent: dumque gemina
 via decurrere laborant, neutram te-
 nent. Vnde consultissimum factum mi-
 hi videtur, aut eundem conscientie
 doctorem, quem Sodalium leges
 proponunt, sequi; aut in reliquo vi-
 tæ genere aliorum quoque vti magi-
 stero. Sic enim securius ibis, & So- *Vide di-*
 dalitati iniuriam non facies, cum ab *tal. l. i. c.*
 ea te segregas, cuius leges displicent. *3. §. 4.*

Verum

Verum ad alteram nunc partem, que de Communionem est, transeamus,

CAP. IV.

DE COMMUNIO-
nis usu apud Sodales.

I.

DE Communionem leges tria præcipiunt. Primum ut cuiusvis mensis initio & Ferijs nonnullis illis prioribus diuino epulo Sodales accumbant: alterum, ut quoad fieri potest, Eucharistiam simul accipiant. Tertium, ut ea sumpta, quartam hinc partem in precatione mentali seu vocali, pro sua quisque pietate ac deuotione collocent. De hoc postremo supra dictum est: reliqua duo hic persequi placet.

*Lege 3. &
7. Sodal.*

II. Rectè omnino præceptum est, ut Sodales crebrius animorum suorum vires cælesti pabulo reficerent, ob præsentissima bona, quæ Eucharistiæ insunt. Vel vnus Sodalium

*Frequen-
tis com-*

stri testimonio verum me aliosque, ^{rationis}
 qui copiosè pièque id argumentum ^{fructus.}
 pertractarunt, dixisse comprobabo.
 Ingolstadij quidam certo vitio irre-
 titus sic tenebatur, vt quantumuis An. CIO,
 multa conaretur, extricare se inde, ^{10LXXX.}
 & penitus absoluerè nequiret, quin
 subinde in easdem plagas incideret.
 Induxit denique in animum à sa-
 cra synaxi remedium petere; Chri-
 stumque rogare institit, vti sibi cer-
 tanti vires auget, & ab illo flagitio
 totum expediret. Valere preces ta-
 li sanguine consignatæ. Nam protin-
 us animus vitium illud auersari, in-
 sultus quiescere, & ad eò cogita-
 tiones de eo omnes euanescere cæ-
 perunt, quasi per omnem vitam ab
 eo immunis fuisset. Asseueravit
 idem, si quid præterea salutis suæ op-
 portunum iudicaret, idque à Deo
 in sacro illo conuiuio posceret, si-
 mul Beatissimæ Virginis ope implo-
 rata, voti se semper compotem fieri.
 Neq; admodum mirum id videri po-
 test consideranti hoc mysterio Gra-
 tia-

Exempla
CIC. 10
LXXXIV.

tiarum omnium perennem fontem
contineri, unde haurire possis, quic
quid boni desideras. Quin corpora
quoque fami siti que diuinam escam
mederi multis experimentis consti-
tit. De siti vnum in Dilinganis annua
sic refertur. *Vnus quidam septem om-
nino spatia dierum a potione abstinnit.
Denique siti prope eneētus conscienci-
am de more Sodalium apud Sacerdo-
tem emaculat, synaxinque sacratissi-
mam percipit, cum omnem sensu bi-
bendi orexin illico restinetam; & id bo-
ni cecidisse sibi deuinitus arbitratur.*

Ioan. 4.
v. 10.

Non vane: ex *Aqua* enim *Vina* quis
sitim non restinguat?

An. CIC.
10CV.

III. Hinc sapienter omnino fa-
ciunt, qui tanti thesauri occupandi
occasionem abire nullam sinunt.
Qua in re laudandi sunt Panormita-
ni, qui stipendio certum Sacerdotem
conduxerunt, vt quotidie diuinis o-
peretur; & verò dies nullus abit, quin
vnum aliquem eius epuli participem
quoque faciat.

An. CIC.
10CV.

IV. Subinde negligentioribus in

eo studio, diuinitus stimuli admo-
 ventur. Id Chilenſis quidam Sodalis
 expertus eſt. Is namque ſolenni quo-
 dam die, quo erant omnes Eucharis-
 tiam libaturi, nauſeabundo ſimilis,
 nulla illius appetentia inuitabatur;
 adhærebat forè tum lateri domus
 cuiuſdam, cum vocem ſibi audire vi-
 ſus eſt, quæ, vt aliquantulum ab eo
 loco, in quo erat, abſcederet, admo-
 nebat. Seceſſit ille tantisper, conti-
 nuoque tota illa domus pars corruit,
 cui ipſe adſtiterat; qua procul dubio,
 ni voci paruiffet, obrutus fuiſſet.
 Qua ré propè extinctæ ſuæ pietatis
 ac religionis admonitus, ad confi-
 tendum cum multis, communican-
 dumque acceſſit, nec ſine præcipua
 quadam animi voluptate, quod tan-
 tum periculum beneficio Sodalitatis
 euafiſſet; tantoque quòd periculo
 ſapere didiciſſet.

V. Enim verò qui inde fructum
 aliquem percipere cupiunt, illi ani-
 mos ſuos veluti ad ſatus accipiendos
 eurâ diligenti ſubigent. Nihil enim
 æquè

*Prepa-
 ratio a-
 nimipra-
 mitteda.*

æquè officit diuinæ segeti, quàm cul-
 turæ negligentia : & haud scio an-
 non maxime irascatur Deus, cum
 tam bonum semen tam neglecto a-
 gro committitur, quem etsi optime
 exercuisses tali semine indignus fuis-
 set. Hinc videas complures à frequen-
 ti Eucharistiæ vsu nihilo meliores fi-
 eri, quam si ad profanam mensam
 accubuissent. Quod iam olim nos
 admonuit S. Paulus : *Probet autem,*
I. Cor. II. inquit se ipsum homo, & sic de pane il-
V. 28. 29. lo edat, & de calice bibat. Qui enim
& 30. manducat, & bibit indignè, iudicium
sibi manducat & bibit; non diiudicans
corpus Domini. IDEO inter vos multi
infirmi & imbecilles, & dormiunt mul-
ti. Quem tamen de morbis & morte
ex indigna sumptione consecutis re-
ctè interpretentur; de animi tamen
morbis & torpore non malè acci-
pimus. Quæ autem animi præpara-
tio adhibenda sit facile aliunde cog-
noscent. duas præter cæteras attin-
gam.

*Quare
 fructu
 multi de-
 stituantur.*

*I. Cor. II.
 V. 28. 29.
 & 30.*

*Cornel.
 de Lap. in
 eum locū.
 Vide
 Franc.
 Costerū.
 lib. I. Inst.
 c. 5.*

VI. Prior est, vt corporis aliqua
 casti.

castigatione animus ad delicias præstantiores auocetur. Hinc alij pridie flagris se cædunt; alij tunica molesta se afflictant. Creberrimum est, & apud plurimos vsu receptum, vt spe melioris saginæ pridianum ieiunium sibi met indicant. Hoc in vltimis terris consuetum inuenio. Nam in Peruuio Chitensium Sodalium is feruor perhibetur, vt ad sacram Eucharistiam prius non accedant, quàm vel diem totum ab omni cibo potuque abstinuerint; vel verberatione se multarint; vel noctem in somnem lacrymis precibusque traduxerint.

*Corporis
castiga-
tio ani-
mum be-
ne parat.*

An. CIO.
IOCIY.

VII. Altera est accèsa cupiditas, simul maxima demissio animi, dum optimum iuxta ac Maximum hospitem expectat. Id Sodalis Viridunensis docuit. De quo paulo plura ita vt accepi referam. *Vir erat gravis & in Senatu primarius, qui Sodalitati nomen dederat, cum ætatis iam sexagesimum esset præteruectus. Is & alias verberibus in suum corpus sanire solitus, & in eo morbo, qui postremus illi fuit,*

An. CIO.
IOCXI.
*Cupide
submis-
que Epulo
diuino
accum-
bendum.*

fuit, nullo die statas & quotidianas amittit preces, ut illa ipsa luce, quae ex corpore egressus est, religioni sibi diceret coram Sodalitatis moderatore, quod sacram Divae Matri corollam nondum pertexuisset. In eadem agitatione eius virtus quodam alio in opere eluxit. Nam cum prima cuiusque mensis Dominicae Sodalium Institutum ad Synaxim sit adendum, idque solenne retinere in omni vita statuisset, fratris iam & effretis viribus senex, mori que proximus, contra Medici omniumque domesticorum sententiam, qui Eucharistiam ipsi domum deferendam censuerant, lecto tectoque egressus, in parochiam se suam egre sepiusque interquiescendo contulit, ibi augusti mysterii communionem reficiendus. Obiurganti suaviter Patri Societatis, & intempestivam, ut videbatur religionem notanti, paulo post respondens quasi ait: Conveniretne tantum ad se venire Regem, an eum ab se adiri.

Commu-
nio recte

VIII. Vno autem loco eodemque in sacro celebrare id convivium iubet.

iubentur Sodales, partim vt præcipuam vnionis tesseram simul accipiant, foedusque omnes inter se amoris renouent; partim vt mutuis flammis sese incendant & simul quasi id pro se quisque alteri accinat, quod S. Augustinus: *Rape ad eum tecum, quas potes animas, & dic eis: Hunc amemus, hunc amemus.* nam *Vnus quomodo calefiet?* Denique reliquorum bono atque exemplo id fit, vt multitudine illecti, & ipsi ad eas dapes frequentius adeundas inuitentur. Fuldae Sodalitium quoddam conuenit, cui propositum est, vt SS. Eucharistiae honorem, quacunque possint ratione, amplificent. Quare octauo quoque die sacro epulo se reficiunt, aliosque suo exemplo & cohortatione ad idem inuitant. Similia Pragæ & Drobricij in Russia fieri reperio.

IX. Eam legem miraculo Deus approbavit. Panormi enim in Sicilia Vir primarius, qui aliquando præfecturam gesserat, constituerat in diem sequentem cum alijs Socijs, de more

L sa-

simul instituitur.

1.

2.

l. 4. Confess. c. 12. Eccl. 4.

3.

CIO. IO LXXXII.

CIO. IO LXXXIV.

LXXXVI.

sacrum epulum adire, cum ineunte nocte ad multas horas acerbo lateris dolore peruelli cepit, qui eum reliquorum coetu & Synaxi prohibetur fuerat. Tum ille ad Deiparam conuersus: *Age, O Domina, inquit, tuo mihi fauore fiat copia ad eam sacra cras aduendi, quo Missa sacrificio sacroq; conuiuio cum alijs intersim, ne deprecor, quin inde dolor recrudescat, hoc tantum indulge.* Mirum dictum: nondum omnia finierat eloqui, cum somno corripitur, quem ante dolores ne conuiuere quidem siuerant; & duas post horas somno pariter ac dolore solutus expergiscitur, templum adit, sacro interest, cum reliquis Eucharistiam sumit, tabellam accepti beneficij testem suspendit: quod certius est, quod illo cruciatu quindecim dierum spacio antea liberatus nunquam fuerit.

X. Locus autem plerumq; sacrae aedes est. Ad quam Brunsbergæ ordine quodam procedere, manibus præferre faces dicuntur. & alibi eundem

dem morem seruari audio. Ingolsta- *Quid In-*
 dij olim constitutum fuit, vt ante id *golstadij*
 sacrum prius in Oratorio Congre- *stitutum*
 gationis conuenirent omnes & de *fuert.*
 pia re differentem Præsidentem audi- An. CIO.
 rent; vt ardore animi concepto vna IO LXXX
 omnes in templum ad diuinas epu- II.
 las se conferrent. Reperio quoque CIO. IO
 frequenter iteratum statutum de LXXXIII
 Synaxi eodem tempore locoque ce-
 lebranda, ad quam diu maioris æris
 campani signo conuocati sunt, mul-
 taque negligentibus constanter ir-
 rogata est.

XI. Ingolstadij præterea aliquan- An. CIO.
 diu in Aula Gymnasij, in quem locū IO LXX.
 Maioris Congregationis Sodales VI.
 coire solent, communio instituta est.
 Verum cum pro Sereniss. Ducibus
 Bauariæ eodem tempore ac loco res
 diuina solenniter peragenda esset,
 Sodales vnanimi consensu, pro loco
 Templum Societatis, pro tempore
 horam septimam delegerunt, vt in a-
 ctis copiosius refertur. quã consuetu-
 dinem qui mensibus tribus neglexif-

fet, eo ipso Congregatione motum
 esse perpetuo statuto decreuerunt.
 Sapienter videlicet iudicabant So-
 dalium ordine retineri non oportere
 eum, qui eius statutis parere detre-
 ctaret. Cur enim beneficijs frueretur,
 qui officia sequi nollet? Verum de
 confessionis ac communionis legi-
 bus abunde dictum arbitror: quas
 sponte sequentur, quibus verus So-
 dalitatis amor inerat, de quo nunca-
 gendum est.

CAPVT V.

SODALES MAG-
 NI AESTIMANT SO-
 DALITATEM.

ERROR hominum multis rebus
 precium statuit: sed pauca sunt,
 quæ verâ moueant æstimatione, inter
 quæ diuina numero. Hæc enim quia
 remota à sensibus sunt, apud paucos
 duntaxat valent, qui perspicaciani-
 mo res omnes peruident. Quare qui

rectè æstimare volunt, iustoque pon- *Quæ in*
dere ac libra res Æternitati commo- *precio*
das expendere, illi oculos à terrestri *habenda*
pulvere expurgare, & à vulgi iudicijs *sint.*
longius abire debent: vt videlicet ea
sola preciosa, & humano amore dig-
na censeant,

Quæ vitam faciunt beatiozem.

Cæterisque labentibus non mo-
dò ætatem, sed æuum ferunt. Inter
quæ Sodalitatum instituta libenter
accenseo; quæ talia sunt, vt inter pri-
mas rationes beatitudinem obtinen-
di iure ponenda sint. Libro superio-
re *cap. 1.* utilitatem inde existentem
indicaui, ac libro consequenti bene-
ficia in Sodales collata pluribus ape-
riam: ex quibus omnibus confiet,
quanto Sodalitates in precio haben-
dæ, quamque earum integritas cordi
omnibus esse debeat. Hinc sapien-
tiores plurimi semper eas fecerunt.

I. Quam latè per orbem diffusa, *Quanti*
quantoque numero aucta sint Soda- *fiant po*
litia, supra satis ostensum est. quot e- *sim Con*
tiam generis atque dignitatum splē- *gregatio-*
nes Beata
dore

Virginis. dore clari, aut virtute illustriores no-
l. i. c. 2. men Sodalium albo inscribendum.
l. i. c. 8. § curarint, itidem memoratum est. Ex
9. quo vnico, si alia deessent, dignitas
 Sodalitatum abundè demonstrare-
 tur, quas totus penè orbis omnisque
 status amplexus sit, & verò etiam cu-
 pidius ambierit. Magnum aliquid
 boni in eo inesse debet, quod Tanti-
 tam sedulo persecuti sunt. Sed ean-
 dem æstimationem aliorum exem-
 plis comprobemus.

Eremitis
locis ad
cas ven-
titant.
 CIO.
 IOXCIII.

II. Vir domi suæ nobilissimus,
 cum de virtute Duacensium Sodali-
 um inaudisset, quamuis diuturna ta-
 be confectus, Duacum ex vrbe pro-
 xima cum vniuersa familia demigra-
 uit, eo consilio, vt in Sodalium nu-
 merum adscriberetur. Vbi tantos in
 pietate progressus fecit, vt ab ijs reb^s
 omnibus, quas cæteri habere solent
 in delicijs, penitus abhorreret. Inde
 ingrauescente morbo Dei Matrem
 identidem inuocans, in eius hono-
 rem, se nudum super nudam humum
 deponi iussit, ibique terram deoscu-
 lans,

lans, & B. MARIÆ ac IESV nomina
iterans æquissimo animo è vita dis-
cessit. Quod iter absque dubio secu-
rius reperit, quia Sodalitatis amore,
iam prius è patria emigrarat.

II I. Nec paruo illum amore suc-
censum oportuit, qui vix dum è gra-
ui morbo recreatus, difficillimo anni
tempore itineribus per belli licenti-
am infestis sex leucarum iter nocte
confecit, vt tempori Congregationi
Diuionensi interesset. Quo in gene-
re aliorum quoque studium enituit,
qui ex villis ab vrbe sepositis quin-
dena & vicena milliaria conficiunt,
ne statis diebus à conuentu Sodali-
um Portuensium abesse cogantur.
Huc pertinent Neapolitani illi So-
dales, qui triginta annorum spacio
nunquam à cœtu reliquorum, cum
conuenirent, abfuerunt.

IV. Ea infrequentandis conuen-
tibus diligentia, etiam corpori vale-
tudinem restituit. Luxemburgi ado-
lescens graui morbo afflictus decum-
bebat, & à morte propè aberat, cum

An. C I D.
I D X C V.

Quia ab-
esset, et
conuales-
cent.

è patria certus homo equum adduxit, quo valetudinis restaurandæ, salubriorisq; patrij aëris captandi causa domum ad lares domesticos deportaretur. Negare adolescens se quicquam nisi è præfecti sodalitis nutu facturum; non iam sui, sed alieni iuris esse velle. Defertur negotium ad Sodalitatis Magistratum: hic sibi iter displicere, neque adeo suscipiendum dicere. paret adolescens; & mox equum famulumque ad suos remittit. Et vide miraculum, è vestigio morbus simul caput abscedere, vltimo post biduum se in templum contulerit, atque ob recuperatam valetudinem DEO VIRGINIQUE MATRI gratias egerit; quam domi forsitan nunquam reperisset.

Et periculis eripiuntur.

V. Quis dubitet & Murcianum illum Sodalem eandem ob causam vitæ periculo ereptum? Aberat hic ab vrbe longius eo die, quo cæteri Præsentatæ Virgini soleñius operantur. Vt ergo cum reliquis mysteria sacra celebrare posset, ante lucem

cum

cum tribus comitibus in viam se dedit, mula vectus: hæc in monte aspero atque declivi, larvâ nescio quâ perterrefacta, sessorem excussit, atque in immane barathrum præcipitem dedit. Exclamavit homo in ipso casu: *Adsis mihi ô Sanctissima Patrona.* Non procul ab imo præcipitio aberat, cum sensit se quasi lecto quodam excipi, cum tamen in eo loco rari admodum sparti & fatis inter se diffusi minimè mollem thorum quieturo, ne dum casuro, præbere potuissent. Nemo fuit, qui pro miraculo non habuerit, è tanto casu incolumem ipsum evasisse: si tamen iam miraculum dici potest, Sodales à patrona sua adiuvari, quod quotidianum est.

VI. Sed in obtinenda retinendâque Sodalitate dici vix potest, quantum studium adhibuerint Sodales. Grecij quidam in ijs, quæ ex legum imperio ab ipso requirebantur, negligentior erat. monito reprehensoque sæpius, tandem exauctorationis periculum denuntiatur: contempit

*Nolente
ab ea di-
mitti.*

An. C. D.
10 C. II.

pueriliter. Verum ubi communibus Sodalium calculis damnatus, exesse publicè iussus est, ita eum sententia perculit, ut in genua procideret, veniam peteret, emendationem polliceretur. Flexerunt serij gemitus clementissimos Sodales, ut veniam darent, inque gratiam supplicem reciperent. Quæsitum deinde ex illo, unde nam melius hoc propositum haussisset? Nocte sibi prope lectulum Virginem augustâ formâ adstitisse respondit, quæ quidem nihil elocuta sit, animum tamen suum ingenti voluptate permulserit; sensisseque se, hoc viso admoneri, ut quod hactenus neglexisset, Sodalitij ius retinere eniteretur. Mores insigniter correcti visi fidem probârunt.

*Nec ab-
strahip-
tiantur.
An. CIO.
DXXVI.*

VII. OEniponti Sodalem quendam ab illo sacro cœtu retrahere familiares eius nitebantur. Cum nihil agerent, apertè tandem denunciarunt, nisi ab ea Sodalitate se abduceret, se neque ipsum, neque eius liberos in amicorum numero esse habituros.

turos : neque si quid ipsi ab aduersa fortuna mali obtingeret, opem laturus. Tanto ergo, inquit, ille, *impensiori studio partes Marianas mihi sequendas video, ut si vos me deseratis, à patrona mea, qua neminem deserit, praesidium paratum habeam.*

VIII. Nec iniuria tam tenaces sunt instituti sui Sodales. nam ut hic omittam, quàm desertores poenas graues inconstantiae suae luant, ut sequenti libro explicabo; certè Dæmon eum temporis articulum diligenter obseruat, si tunc nocere aliquid possit, quo è tutela magnæ Matris se auelli patiuntur. Louanij à Sacerdote quodam Dæmon sacris precibus ex infesso foeminæ corpore faceffere iuebatur, magna subinde mala, ni dura hæc imperia omitteret, & digitos mordicus se auulsurum, si eos in os foeminæ infereret, minatus est. Risit Sacerdos inania terri culamenta, digitisque in os immissis: *Age, inquit, exequere, quod DEVS, quod DEIPARA tibi permise-*

*Dæmon
vehement
ter cupit
Sodalita
tem de
seri.*

runt. Infrenduit Dæmon, &: Nimis tu quidem, inquit, audax es sacrificule; nimios tibi animos tua facit Deipara, quòd duodecim annos eius seruitio traduxeris. Noui tamen, & redi mecum in memoriam, septenniū nunc esse, cum tu parthenianum illum cultum & cœtum res sibi suas habere inbere voluisti: atq; utinam fecisses. Sed, nescio quo pacto, spem tum meam expectationemque fefellisti. Affirmavit dein Sacerdos ille, duodecim ipsos annos inter Sodales se nomen suum professum fuisse. Et verò ante septennium cum urbem locumque mutare cogeretur, de deferenda Sodalitate ob quædam incommoda cogitasse; sed re melius exputata omnia alia amoris in Virginem post posuisse, atq; eam Sodalium ritu colere perrexisse. Quid sperarit inde lucri dæmon, si discessisset ille, facile conijcimus, qui Sodalitatis bonum nouimus.

Angeli
congratulantur
in Soda-

IX. Ac quemadmodum malo genio voluptati est, si quis nomen à Sodalium albo expungat suum: ita cælit

lites contrà, illi quam plurimos infe-
 ri lætantur. Quod exemplo vnico
 docebo. Ipris senator erat, Vir anti-
 quæ pietatis, sed vt fit, à nouis pieta-
 tis studijs, & incitamentis alienus, e-
 tiam à Sodalitate B. MARIE abhor-
 rebat. mira res; subita correptus æ-
 gritudine, cum à morte non procul
 abesset, repentè mutatus, Sodalitio
 adscribi obnixè postulauit. Mirari
 Sodalium præfessus, & vix credere,
 eum id velle. Sed cum etiam atque
 etiam vrgeret, voti tandem fit com-
 pos, pluribusque ad lectum ipsius cõ-
 gregatis, ex formula se Mariano cul-
 tui deuouet, & consueto illis com-
 plexu, Sodalitatis ab omnibus salutatur.
 Animum eius lacrymæ vbertim per
 os decedentes testatæ sunt; præ sua-
 uitate vix cæptas preces proloqui
 poterat. Insequenti nocte, cum for-
 te, qui obsequij causa aderant, fabu-
 lis tædium noctis fallerent, silentio
 indicto rogauit, vt secum aures ani-
 mumque aduerterent ad suauissimos
 Angelorum concentus, qui ob inita

litate
admissa.

AN. CIO.
 10CIV.

à se Sodalitatem, venerant gratulatum. Restitutus post valetudini pristinae, studijs diligentissimis declaravit, quanti faceret beneficium impetratae Sodalitatis.

*Supplices
ac stentes
Sodalitatem
impetrant.*

X. Quam ut alij quoque consequerentur nulli labori aut rei pepererunt. Daimelium oppidum est Hispaniae Oretanis, in quo B. Virginis Sodalitas eos virtutis progressus fecit, ut multi eius consortium ambirent. Unde à proceribus tanto ardore expetita est, ut lacrymas precatrices adhibuerint. Atque eius oppidi Signifer opulentus ac nobilis, cum admitti oraret, genibus flexis id fecit.

XI. Mexici quidam Sodalitio dare nomen suum voluit. Ut hominem exploraret, an ut acrius incenderet? Praefectus distulit postulatim satisfacere; atque inter alias eam quoque causam praetexuit, non decere inter Sodales spectari cincinnatum; gerebat tum forte cincinnos, & in magna frequentia aequalium aderat.

rat. Si hoc unum, inquit, obstat, facile impedimentum tollam. Simulque flexis genibus, in medio cincinnum tondit, ut hoc signo se Deiparæ consecratum demonstraret.

XII. Olyssipone in nouam Sodalitatem è ducentis & quinquaginta capitibus conflata, magnus numerus hominum etiam lacrymis aditum sibi quærebant, ut quasi in arce tutius hostiles impetus sustentare possent. Duo inter alios auidè eam expetebant: Sed alteri sinistra demoribus, alteri de natalibus læua suspicio obsistebat, quo minus admitterentur. Uterque publica auctoritate conficiunt instrumentum iuratis testibus firmatum, quo se à sequiore fama vitæ & generis expurgant, ut ingressum impetrent. Non his sua fama charior, quam Sodalitas fuit; nam absque hac foret, nunquam illius tam sollicitam curam suscepissent.

XIII. Sed quid humana iudicia de præstantia Sodalitiorum quærimus, cum

An. c. 13.

130 CII.

Sodalita-

130 CIII.

cum

sanitatē cum Deus certis argumentis eandem
affert. ostenderit? Dolæ adolescens morbo
 An. CIO. afflictus, cum à præceptore suo mo-
 IOXC. nitus fuisset, vt votum ad eundæ So-
 CIO. dalitatis conciperet; vt fecit, confe-
 IOXCI. stim conualuit. Alius in eadem vrbe
 aliquot mensibus feбри grauitè ia-
 ctatus & propemodum euersus, vo-
 CIO. to consimili periculum euasit. Simi-
 IOXCII. lia Anicienses, Bisuntini, alij experti,
 Ingolstadij ita quidam Sodalitatis
 desiderio æstuabat, vt quamuis san-
 guinem spueret, mortiq; vicinus esse
 crederetur, vix vt iam pedibus toto
 corpore tremulus consisteret, bacu-
 lo tamen nixus ægrè in Oratorium
 Sodalitatis perreptaui, eo die, quo
 adscribi dedebat; adscriptus est, &
 quid quæris? quasi è Virgineis vberi-
 bus lac suxisset, ita robur ac valetu-
 dinem bonam breui consecutus est.
 An. CIO. XIV. In eadem Germania Fri-
 XC VIII. burgi Nuithonum quidam è scalis
 præceps ruerat semi mortuus; ger-
 manus eius frater Virginem Sospita-
 tricem pro fratre inuocat; si fratri
 sani-

sanitas restituta foret, se Sodalitati nomen daturum vouet. Audiit Virgo preces votoque annuit: recepit, frater valetudinem omnium opinione citius; nam post noctis medium, integrè sibi restitutus est. At non itè Germanus illius sibi constitit, mutato enim animo, voluit pecunijs votum Sodalitatis conceptum soluere, incertum qua causa tum & sæpius antea à Sodalitio abhorruerat, cum eò tacitè nihilominus traheretur. Sed eum denique ancilla, nescio quo furore correpta, inuadens compulit, sanctiora illa consilia maturare. Suo igitur periculo & alieno bono cautior, Sodalibus sese adiunxit.

XV. Ex quibus omnibus recta ratione deducitur, merito Sodalitatem in precio haberi, magnique ab omnibus fieri debere, quam superi, Inferi iuxta æstimarunt; illi promouendo, hi metuendo. Sed cum in omni vita, si accuratè attendere voluerimus, eius bonum cognoscere liceat; tum præcipuè, cum è vita abeundum est,

*Mortales
sentiunt,
quid sit
fuisse So-
dalem.*

An. C12.
 129CIV.

est, magnum solatium affert Sodali-
 bus. Id moriens Dolanus quidam
 comprobavit. Hic hora vna ante,
 quam migravit è vita, Crucifixi sig-
 num in manus sibi tradi postulavit;
 sibi vltimum certamen imminere di-
 ctitans; simul Sodales præsentis ro-
 gavit, ne se in eo tempore desererent.
 Tum ad se suamque luctam reuersus,
 crebrius vocem *Credo* ingeminans,
 quanto propius ad mortem accede-
 bat, eo ab his rebus sensuque longius
 abducebatur. Itaque totus in certa-
 men intentus, subinde illa iterare au-
 ditus est, *Non ita est, mentiris.* Et qua-
 si in aduersarium telum vibrans, cru-
 cem in aduersam partem aliquoties
 intentabat. Ad extremum sicuti vi-
 storiâ partâ tranquillo animo: *Quam
 bonum est, inquit, B. Matri in eius So-
 dalitio famulari?* abstractusq; à præ-
 sentium rerum sensu inter gratulati-
 ones exspiravit, præmioque tam bo-
 ni famulatus potitus est. Quod qui
 exoptant, seruitijs Marianis libenter
 se addicant; Dominis merces non
 datur.

XVI. Quantam spem ad bene-
 moriendum sitam in Sodalitio ha-
 buerit, alius quispiam docuit. Bituri-
 gibus Iurisprudentiæ operam naua-
 bat: cumque lethali morbo confi-
 ctaretur, primùm Sacramentis se-
 munijt; deinde socios grauius hor-
 tatus est, Deum vt metuerent, flagi-
 tia procul haberent, noxios fami-
 liares à se segregarent, mysteria
 sacra frequentes adirent, B. Virgi-
 nem imprimis cultu omni prosequerentur;
 in qua post Deum suas ipse
 spes collocatas dicebat. Tum adferri
 iussit sanctorum nomina, quæ in
 menstrua sortitione ipsi obtigissent,
 vt illis se vltimum commendaret.
 Euenit vt prima scheda eam senten-
 tiam inscriptam haberet, quæ mor-
 tem à probis optari, vitā tolerari sig-
 nificabat. eam cum legisset: *Satis*, in-
 quit, *Satis hoc est.* Atque ex eo tem-
 pore totus in mortis expectatione,
 ac vitæ æternæ desiderio fuit. De-
 nique cum horam fatalem instare
 intellexisset, literas commendati-
 tias,

*Studiosi
 Iuris præ-
 paratio
 ad mors-
 endum.*

tias, quas secum è Congregatione
 Mussipontana tulerat, petijt, accep-
 tasque pectori admouit, atque cum
 his se emori & eas secum tumulto si-
 mul inferri, sepulchrumque in tem-
 plo Virginis Annuntiatæ capere vel-
 le dixit. Omnia eo ibant, vt suum in
 Sodalitatem amorem, quamque in
 Virgine Patrona sua spem positam
 haberet, nobis ostenderet.

XVI. Possent consimilia plura
 in medium afferri, nisi suo loco de fe-
 lici Sodalium abitu aut desertorum
 pœnis ea reseruarem. His interea a-
 nimum imbuamus, vt magna opini-
 one concepta de Sodalitij bonis, o-
 mnia alia post amorem illius ducamus;
 neque cuiusquam gratia aut
 odio inde abduci nos sinamus. At-
 que illud præcipuo studio enitamur,
 ne tantum splendorem vitæ nostræ
 macula aliqua obfuscet. Tanta enim
 dignitas aut beatos nos faciet, si bene
 coluerimus, aut valdè miseros si cõ-
 temperimus. Res magnæ sine mag-
 no malo non negliguntur. *plura de-*

cerem

cerem si ignavis virtutem verba ad- Sallust. in
derent. Nam strenuis abundè satis di- lurg.
ctum puto; ait ille.

CAPVT VI.

DE MENSTRVO
SANCTORVM
CVLTV.

I.

Consueuerunt Sodales ad men-
sis cuiusque principium sche-
dulas Diui alicuius nomine inscrip-
tas fortiri, quæ præterea sententiam
è sacris literis aut sancto Patre de-
promptam continent. Adscribitur
virtus vna, aut honesta operatio, cui
præ cæteris per eum mensem vacare
debeant. denique pro certis seu ne-
gotijs seu personis preces indicun-
tur. In Congregationibus superioris
Germaniæ eo tempore Sodales Sym-
bolam bonorum operum conferunt,
quæ deinde publicè recitantur, vt alij

Consue-
runt esse
rendi bo-
na opera
descripta
quo tem-
pore ca-
perit.

CIO.
13LXXX.

ad imitatum onem inardescant. Quem scribendi bonorum operum morem Ingolstadij ortum reperio ex eo, quod prius quisque rogatus, verbo enunciare solitus fuerit, si quid publice priuatimq; bene gessisset. Quod cum multis difficile videretur, & modestia aut verecundia præpedirentur, ne liberè in medium afferrent, quæ perpetrassent: capta est ea ratio, vt chartis sua opera perscripta crederent, & in Sanctorum sortitione in commune conferrent. Omnia hæc & ad virtutem Sodalium augendam, & consolationem ingenerandam facere, manifestum esse arbitror.

*Sortitio
Sancti So-
dalibus
corda est.*
CIO.
13CIII.

II. Hinc eum morem diligenter seruarunt, & in eo præsidium Sodales sæpe reppererunt. Portuenses tanto studio ferri ad optionem illam sanctorum memorantur, vt eos non pigeat leucas quatuor & quinque etiam emetiri, ne exortes sint.

Ad Limensem Sodalitatem die calitibus omnibus sacro, ad sanctos
for-

fortitò capiendos conuenere mille
 quingenti. Nec defuere huic tantæ
 celebritati Regij Consiliarij, inter
 quos omnes, quam plurima pro Fi-
 delibus vita functis suffragia defig-
 nata sunt; Sacra verò speciatim pro-
 curanda amplius mille schedis in-
 scripta. quod Linæ magnum opus
 est, cum pro vno sacro stipendium
 octo argenteorum exposci soleat.

III. Etiam vita defuncti spem a-
 liquam in ijs Schedis pia religione
 collocarunt. Qui moriens eas ad ex-
 tremum perlegit exemplum, supra
 memorauit. Neapoli septuagenarius
 duos postremos vitæ annos Sodali-
 tio consecrauerat. atque hos tantum
 se vixisse dictitabat, amississe reliquos
 nullo fructu hic moriens mandauit
 suis, vt schedulas menstruas filo col-
 lectas colloque suspensas sepulturae
 secum inferrent, testimonium pieta-
 tis.

Alter Aletij easdem in speciem
 monilis cõtextas sibi iussit collo cir-
 cumdari, vt eo seu ornatu seu patro-
 cinio.

*Schedas
 secũ tu-
 mulo in-
 ferunt.
 c. 5. n. 15.
 An. CIO.
 IOXC.
 CIO.
 IOXIII.*

*CIO.
 ICXCII.*

Mor-

Mortem contra audentior iret.

Quod Oeniponte quoque fecisse aliquem annuæ ipsorum referunt. Leuia hæc videri cuiquam possunt: sed pietatis æstimatori magnum est omne, quo Deus colitur.

CIO.

DXCIV.

*Deus est
morem
miracu-
lis probat.*

IV. Quam vero superis ille cultus gratus fuerit, beneficia, quæ suis inde clientibus contulerunt, satis declarant. Cæsar Augustæ præteribat, fortè Sodalis quidam in primis honestus pontem, quem Iberus subterlabitur; cumque equus, quo vehebatur, ex inopinato euentu, concitatus ac ferociter capillet, equitem in vltiorem crepidinem pontis ita deiecit, vt excussus ex ephippio sederet in summa trabe transuersa, quod diuinitus factum, ne in flumen præcepit eijceretur, nemo dubitauit, qui loci angustias, equi ferociam & periculi magnitudinem attentè perspexit. cum salutis causa quæreretur, eam non de nihilo inuenerunt, quod eo ipso tempore eques corollam prætoriam in honorem D. Augusti

qui eo mense pro tutelari sancto ob-
tigerat, recitauerit.

An. c10.
10XC.

V. In ea Brasilorum Sodalitate,
quæ à Patribus Collegij Fluminis Ia-
nuarij regitur, Sodalis quidam à vi-
cinis hostibus occupatus confracto
vulneribus capite, & corpore con-
scisso pro mortuo fuerat relictus. Is,
cum primum corpus sentiendi vires
recepit, cruce frontem muniens, S.
Barnabæ Apostoli menstrui patroni
opem implorauit. tum vasto flumini
se commisit, sensitq; auxilium, quod
postularat. nam & vitam polliceri, &
animum addere, & quasi prætenta
manu natantem adiuuare visus est
sanctus; ita incolumis euasit, & præ-
ter omnium expectationem sanita-
tem quoque recuperauit.

VI. Sed vt animus dignitate præ-
stat corpori, ita plaris facienda bene-
ficia sunt, quæ illi impenduntur, quã
quæ in hoc consumuntur. Neapoli
duo, quæ narrabo euenerunt. an So-
dalibus, pro comperto non habeo.
certè talia sunt, quæ morem illum, de
M quo

Ad meli-
orem Gi-
tam re-
uocantur.

quo agimus, insigniter comendat.
 Quidam, quamuis omni vitiorum
 generi immersus, ad patres tamen
 Societatis accessit, atque ab ijs pa-
 tronum aliquem in tali scheda scri-
 ptum sibi dari petijt; datus est S. Hie-
 ronymus sorte eductus. sequenti no-
 cte cum se quieti dedisset, vidit san-
 ctum senem illum truci vultu, at-
 tentibus oculis, accensam digito sibi
 fornacem monstrare, atque hor-
 ribili voce dicere, in hos quam pri-
 mum conijceris ignes, nisi aliam vi-
 uendi rationem instituas. Alius ac-
 cepta scheda, somno se dedit, sed
 à Dæmone excitari se sensit, & per-
 vim è lecto extrahi; & cum contra-
 tam foedum hostem nulla aptiora
 arma infelici iuueni suppeterent,
 quanta maxima poterat vocis con-
 tentione, tutelarem sanctum appel-
 labat. ecce tibi illico niueis induta
 vestibus mulier, & Dæmonem con-
 tuens: *An nescis, inquit, quibus iuue-
 nis hic hodie presidys sese firmanerit*
non vult longiorem orationem fec-

missimum mancipium, & in suas se-
tenebras coniecit: mulier ex oculis
abiit. Vita emendatè postea institu-
ta est.

VII. Illud feliciusné sit an lepi-
dius dubito. Ridebat adoleseens om-
nem rationem Sodalitij Olyssipo-
nensis petulantius; cuius flagitij cum
ab vno Sodalium seuerius castigare-
tur, *Age*, inquit ille, *Schedulam mihi*
unam hoc mense Rhadamantus ali-
quis ex urna moueat apud vos; & si
quidem sancti, quem Tutelarem vene-
ror, nomen mihi exierit, ea syngrapha
fit, me Sodalitati vestra accessurum.
Ergo dies aderat, demittuntur in vr-
nam nomina. sortitò educuntur, eo
ipso nomine, quod optauerat, sche-
da elata est; accepit omen & Albo
Mariano nomen dedit. Ita ioci aliqui
seriam fortunam trahunt.

VIII. Iam quod ad sententias
subscriptas attinet, plus ijs boni in-
est, quam prima fronte ostentant. Nā
vt omittam, quod menti cogitationē
piam subijciant; sæpe eam vim habu-
erunt,

An. CIO.

IOCXIII.

Quidam
ad Sodalitatem;

Quid boni
sententia sub-
scripta contine-
ant.

M 2

erunt,

erunt, vt insignis vitæ aut morum commutatio sequeretur. Notæ Virgilianæ sortes ad agendum duces: nota Diuorum facta, qui sacrorum verborum auditione lectioneue vitam aliam ingressi sunt. S. Antonius

*S. Athā.
in eius
vita.*

audijt: *Vade, vende, quæ habes; veni, sequere*, Sibi dictum credidit; & ex eo quantus? S. Augustinus cum æstu cogitationum miserrimè iactaretur,

*S. Aug.
in cōfess.
l. 8.*

audissetque *Tolle lege, Tolle lege: Arripui*, inquit, *APERVI ET LEGI* in silentio capitulum, quo primum coniecti

*Ad Rom.
13.*

sunt oculi mei: Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitys, non in contentione & emulatione: sed induimini Iesum Christum: & carnis prouidentiam ne feceritis in concupiscentys. Nec ultra volui legere: nec opus erat. Statim quippe cum sine huiusce sententiæ, quasi lucis sinceritatis infusa cordi meo, omniæ dubitationis tenebræ diffugerunt. Vnde è quali principio tantus Doctor in

*In Orbita
pietatis.*

viam deductus sit. Consimilia multa memorat P. Ioannes Dauid, quæ non

exscribo : sed Sodalibus sua non desunt, quæ alijs quoque in hoc genere exempla exhibeant.

IX. E Camberienſi Sodalitate ad familiam S. Franciſci Capucinatorum duo ſe contulerunt. Hi ſententijs in menſtrua ſortitione eductis, ad hoc vitæ inſtitutum amplectendum per-motos ſe fuiſſe proteſtati ſunt. Ingolſtadij voto quidam ſe Religioni deuouerat, vt inde morbo remedium quaereret. Conualuit; & animus ægrotare cepit, atque in dies peius habere; ac peſſumiuiſſet ni inter ſortitionem Sanctorum ad mentem meliorem, voti que memoriam & executionem ſubſcripta ſententia reuocatus fuiſſet. Erat illa ex D. Bernardo: *Quid tardas ipſum quem iam dudum conceperas ſpiritum parturire ſalutis? nil mortalibus vel morte certius vel incertius hora mortis. Quomodo viuere poteſ, ubi mori non audeſ?* Rem fuſius narrat R. P. Ieremias Drexelius in ſuo Trimegiſto, lib. 2. c. 7. §. 3.

Ad Religionem Vocant. CID. 100.

CID. 100 VI.

Epid. 105.

X. Barij graui iniuria laceſſitus a-

M 2 do-

um.
Vir.
uces:
rum
e vi-
onius
ni, ſe
ex co
u co-
tur,
Arri.
in ſi-
niedi
tioni.
bus
& a.
Chri.
feca.
a vo-
uippe
ſi luce
mme.
t. V.
tor in
multi
a non
or.

An. CIJ. dolescens inimici eadem meditaba-
 IOCIIV. tur. Interea mensuris illis sententijs
Iniuria- rum Con- donatio- nem sta- dent. constanter admonebatur, vt iniuri-
 am condonaret. Deterritus igitur, tandem à prauo consilio secum ex-
 pit voluere, qua ratione posset ani-
 mum reconciliatum inimico signifi-
 care. In forum ergo procedit, vbi al-
 ter esse consueuerat; aderant inimi-
 co frequentes, & in foro spectatorū
 ingens numerus. Sodalis nihilomi-
 nus victoriæ de se reportandæ cupi-
 dus, quid alij de se opinaturi essent,
 parum attendens ad genua inimici
 se abijcit, & : *Quid hominum leges, in-
 quit, iubeant non ignoro. Sed me tibi
 Deus pacem amicitiamq; offerre impe-
 rat; tanto Imperator repugnare nō po-
 tui. Simul vbertim lacrymans pedib;
 oscula impressit. Hære alter, tum e-
 tiam in amplexus ruere, & sibi Oresti
 eū posthac Pyladem futurū dictitare.*

CIA

IOCIIV.
Ab inho- nestâ vi- ta ab- strahens.

XI. Hic, quem dixi ab odio ini-
 micitijsque ad amicitiam traductus
 est: alium ab amoribus eadem apo-
 phthegmata reuocarunt. Neapoli
 qui.

quidam parum integritatis amans
sententiam acceperat, quâ impurita-
tem suam aperte perstringi sentie-
bat. ratus igitur non fortuna eam si-
bi, sed hominum industria obiectam
fuisse, illis se immiscuit, quibus non-
dum distributæ fuerant; simulque
cum ijs denuo sortitus est. At ubi
sententiam eduxit, elata voce: Pa-
ter, inquit, licetné coram hac mul-
titudine facinus fateri meum? Pa-
ter è Societate prohibuit tunc quic-
quam proloqui; at ubi dilapsi sunt
alii: *Accepi, inquit, in templo schedu-
lam, quâ cum acriter vulnerari me a-
nimaduverterem, domum te deduxi ac-
cepturus aliam mitiorem; & ecce tibi,
isdem verbis eademq; sententia vita
mea turpitudine reprehenditur.* Dice-
bat hæc animo ferè attonito & per-
turbato, ut facile posses conijcere, al-
tius ipsi infixos aculeos hæere, pau-
lò post vitæ maculas confessione ab-
sterfit. Verè dicere hic Deo potuit, *In
manibus tuis sortes meæ.* Solus enim
ille nouit, quæ verba cuiusq; mentem

*A Deo
afferuntur.*

Psal. 30.

vincere valeant : alij sæpe in aërem effundunt.

An. CIO. XII. Hinc eadem in vrbe cuidam
 10CIV. inter alia illud dixisse memoratur.
*In bonis
 propositis
 roborant.* *Singulari studio te sancto illi commen-
 da, & vitæ rationem imitare, qui tibi
 sorte obtigit; & subscripta verba non
 ab alio, quam a meo tibi dici spiritus
 existima.*

An. CIO. XIII. Itidem perditæ vitæ iuue-
 10CV. nis & meretricijs amoribus imple-
 xus, cuiusdam Sodalis labore ad sa-
 niora consilia reuocatus est: consue-
 tudine tamen inueterata propè retra-
 hebatur in fornices. Ne fieret, anxie
 Virginis MARIÆ identidem opem
 implorabat. Aderat primus dies mē-
 sis; sortitus est illam è D. Gregorio
 sententiam: *Noli cessare ab oratione
 tua; quod enim tibi largiturus est De-
 us, non negabit, sed differt.* Hoc quasi
 subsidiorum nuncio animatus, per-
 sistit in precibus & casto consilio.
 Posteriore mense idem planè apo-
 phthegma omnino diuinitus illapsū
 obtigit. Itaque tantum animo con-
 cepit

cepit pietatis æstus : vt non modo à veteri consuetudine omnino se abruperit, sed cænobij consilia agitare cæperit. Atque hæc ferme de sanctorum & sententiarum fortitione occurrerunt scribenda.

XIV. Certam autem virtutis exercitationem, & Personam, Communitatem, aut negotium, pro quibus Sodalis ille ex instituto precetur, subscribimus, vt humanam mentem in multa diffusam, & ob id facti sæpè incertam ad certum aliquid reuocemus. Atque id quod de vnius virtutis proposito diximus, vehementer cõmendant vitæ spiritualis Magistri. Nã quemadmodum qui duos insectatur lepores, neutrum capit. ; ita qui sine ordine ac certa lege virtutes vno omnines impetu persequuntur, laborem magnum sumunt, fructum exiguum capiunt. Monent igitur vnam aliquã deligendam esse, cui præ cæteris operam impendamus nostram, quam & noscere penitus ; & vsu continuo propriã facere studeamus. Sic è toto

*Certa
Virtus
eligenda
cui ex
proposito
insistas.*

*Vide Al-
uar. de a-
dept. virt.
p. 3. c. 7.*

*Ita vitia
vnum
seorsim
expug-
nandum.*

*l. i. de i-
mitat. c.
ii.*

*De Exa-
mine
particu-
lari.*

vitiorum agmine quasi ad certamen
singulare prouocandum vnum, cum
quo strenuè congregiamur atque
debellemus; tum aliud atque aliud
tentandum ac conuellendum est.
Tela seorsim fragilia, in fasciculum
ligata quoduis robur eludunt. Ita
vitiorum omnium victor erit, qui
contra singula pugnaverit. Vnde
Thomasille Campensis: *Si omni an-
no, inquit, vnum vitium extirpare-
mus, citò viri perfecti efficeremur.*

XV. Tota verò seu virtutis infe-
rendæ seu vitij extirpandi ratio qua-
tuor præceptis continetur. Primum,
ut è somno experrecti ante alias cu-
ras virtutem illam serio animi pro-
posito complectamur, eiusque exer-
cendæ occasionem elabi nullam pas-
suros constituamus; simul Deum
precemur, ut tantis cæptis bonus an-
nuat, roburque addat cogitata per-
ficiendi. Alterum, ut nullam deinde
occasionem rectè agendi omitta-
mus, & vltro quæramus, si se non
offerat, totoque conatu ad virtutem
illam

illam acquirendam nitamur. Tertium, vt bis interdum rationes inspiciamus, examinemusque quid in ea re præstiterimus, quid neglexerimus: tum diligenter notemus quoties in eo officio socordes fuerimus. Quartum denique vt diem cum die, hebdomadam cum hebdomade, & mensem sæpè cum mense conferamus, vt constet, quo augmento virtutis, quo decremento vitij remegerimus. Quo studio breui tempore quamuis virtutem nobis comparabimus, quodlibet contra vitium eradica- bimus. Plura de hac sortitione scitu per quam vtilia reperiet lector in Trismegisto P. Drexelij. l. 2. c. 5. 6. 7. 8. 9. 8.

XVI. Ad extremum quæ de bonis operibus scripto consignandis, & in commune conferendis instituta sunt, nemo ambiget sapienter instituta fuisse; non sui ostentandi causa; quis enim tantum laborem fumo vendat? Sed vt cum ad reliquorum notitiam cuiusque facinora-

*De more
bona ope.
ra scripto
offerēds.
Eius cas-
sa.*

x.

men
cum
que
aliud
est.
lum
Ita
qui
nde
i an-
pate-
inse-
qua-
um,
s cu-
pro-
exer-
pal-
um
san-
per-
inde
itta-
on-
tem
lam

2. præclara deuenierint, ad imitationem alij prouocentur; alij lætitiã capiunt se in ea Sodalitate viuere, è qua tantum boni in omnes participes deriuetur. Accedit, quòd vt infirmi ac miseri omnes sumus, inscientes sæpe alijs id obijciamus, vnde deteriores fiant; nulla alia ratione opportunius damnum id sarcire possimus quam si ea perferibamus, quæ seu legant seu audiant *glorificent patrem, qui in caelis est.* Vt omnino in hac consuetudine mali nihil aut vani inesse prudentes inuenturi sint, quàm quòd reprehendatur.

Matth. 5.

CAPVT VII,

SODALES STA-
tum Religiosum comple-
Etuntur.

Sodalitia Religionum quædam seminaria videri possunt; ita ex illis in has multi coment. Cuius eam ego causam esse cogito, quod ad sa-
cram

cram illam militiam illi euocentur, *Cur mul-*
 quibus maius animi robur est; atque *ti Sodales*
 eos flamma illa diuina citius corripit. *Religiosi*
 at, quorum mens ad amorem Dei *fiant.*
 concipiendum perpetuo quodam
 calore præparata est. Suis enim cu-
 piditatibus immersi scintillam cæle-
 stem cito suffocant. Quare cum in
 Sodalitate continuis exercitationi-
 bus animi sensim maioribus imbu-
 antur, mirum videri non debet, si
 tam multi, quibus Deus bonus præ-
 alijs fauet, comòdis vitæ spretis speq;
 rerum amplissima deposita, in arctū
 viuendi durumque genus se transfe-
 rant: Alij, quos Deus stationem mu-
 tare non finit, in vita communi præ-
 claris factis Remp. tueantur. Sed to-
 tum hoc genus, quia ad alios perti-
 net, strictim tantum attingam.

I. Nec est mihi hic propositum *Hieron.*
 bona Religionis dilaudare, fecerunt *Platus*
 abunde alijs. Satis est, si cæli viam aut *lib. 3.*
 portam dicamus. Ea Sodalis quidam *Less. disp.*
 Perusinus ad beatitudinem decurrit. *de ingres.*
 Nam cum vixdum sexto decimo æta- *c. & l.*

CID.
 IXCXV
 III.

tis anno Capucinis adlectus fuisset, vitam omni virtutum genere cumulatam maturè cum æterna commutavit. Cuius id argumentum fuit. Cum enim animam ageret eximia specie virum vidit, qui dictitabat cum hoc vitæ instituto atque inculto vestitu immortalia gaudia promeritum fuisse. Quibus auditis commilitonem quendam suum, cum quo arctiorem vitæ illius disciplinam amplexus fuerat, accersendum curavit, & tunica prehensâ: *Si his vestibus, inquit, mi Frater; animus tuus demissus responderit, cæli civis fies, quo ego nunc propero: ac mox animam cum dicto efflavit.* Fient alij quoque eius patriæ cives, si maluerint Tusculi primi esse, quam Romæ secundum.

Varia Vocacionis causa fortuita.
 CID. IO
 CVIII.

II. Ad ea bona varijs sæpe modis, & quod in humanis frequens est, leuibus initijs ad magna inuitati sunt. Camberij Theses Philosophicas Sodalitati quidam dedicarat; & tum sibi Religionis amplectendæ deside-

siderium iniectum fuisse quasi pro
 munere testatus est. Alius Mussipon-
 ti personam S. Alexij magno plau- An. CIO.
 su egerat. Visi sunt spectatores si- IOCH.
 bi videre rediuuium Alexium. Frons,
 oculi, motus corporis, omnia ad
 sanctitatem composita, lacrymas
 passim ciebant: ita serio omnia age-
 bantur. Et verè res agebatur. Nam
 & ipse adolescens toto Alexij ani-
 mo se imbuerat. iam tum mortua
 omnia fastidire, parentum obli-
 uisci, patriæ memoriam abijcere,
 Deum tantum ac Religionem spe-
 ctare. Sed viæ compendio celerius
 in cœlum euolauit. Vi enim morbi
 oppressus, sacris procuratus, totum
 in Virgine MARIA veneranda, à
 cuius imaginis intuitu oculos nus-
 quam dimouit, occupabat animum,
 cumque ea vna semper colloquia
 conferebat. Inter hæc subito aqua
 lustrali conspergi petijt, salutatio-
 nem Angelicam iterans. Tum Sa-
 tis est, inquit, & nonnihil submurmu-
 rans, quid diceret. interrogatus: *Dia-*
bolus

bolus est, inquit : Quo paulo post fugato magna tranquillitate è vita alacris abiit ; à qua iam nuper abire cœperat.

An. CIO.

MCCXIII.

III. Quod narrabo ad proximū caput pertinuiſſet ; ſed hic quoq; non importunum erit. Vlnenſis quidam Sodalis in menſtrua ſanctorum ſortitione ſchedam eduxit , cuius omnes partes ad religioſum ſtadium inuitabant ; ac nominatim Beati Ignatij Loiolaſe patrociniū , & indicta pro eius Societate oratio. Cum pro more publicè recitarentur ea omnia , cohortuit primum , moxque in lacrymas reſolutus cogitare cœpit apertorem vocantis ſe Numinis videri voluntatem , quam vt vlli tergiuerſationi locus relinqueretur. Quod inſtitutum ſuum attentius agitati periculofa inceſſit ægrotatio ; quam tamen Beatus Ignatius Stanislauſque in ſubſidium ab ægro vocati ad eò feliciter depulere , vt ſuprà naturam valetudo reſtaurata fuiſſe facile aduertiri potuerit.

IV. Alio

IV. Alio quodam fortiendi ge- *Eodem*
 nere Sodalis alius Vilnæ ad Religio- *anno.*
 nem ineundam deductus est. Huic
 namque Codex fortuitò apertus sen-
 tentias aliquoties obiecerat, quibus
 ad Religiosum statum inuitaretur:
 quæ sortes ne temerè obtigisse vide-
 rentur, easdem sibi sæpè ac sæpius ite-
 randas putavit, iterantiq̄ue frequen-
 tius eiusdem semper argumenti acci-
 derunt. Quo velut cælesti oraculo
 admonitus votū Religiosæ vitæ nun-
 cupavit. Sed sponsionem sacram iu-
 uenili leuitate postea neglexit. Huic *Morbo*
 Liberalibus ipsis genialia studia fi- *quidam*
 dentius persequenti, repentinus pe- *ad sani-*
 riculosusque morbus incidit, atque *tatem*
 inter decumbendum tetra species *reuoca-*
 in manium monstrorum oblata est, *tur.*
 cuius vel aspectu ipso mirum quantū
 cruciaretur. Vnde cum dechnaret
 lumina, grandioribus consignata li-
 teris vox huiusmodi, VOTVM, ex cō-
 spicua tabula illius oculis importu-
 nius obtudebatur: cui comes aderat
 feuerus promissorum exactor, his
 graui-

grauiter intonans verbis: *Redde quod debes.* quod & facturum se ægrotus spondit. Adhibitis deinde Patribus Societatis consultoribus, iterato se voto obstrinxit, ac post triduum conualuit. Sed rem non contemnendam inuitus animus facile negligit. Ecce igitur tibi cœlo irato immisus idem planè morbus, nec ita multo post, quam discussus, nec mitior, longè verò diuturnior, cuius vexatione ad officium reuocatus, instauratione deuotione omnia sua Deo arctius addixit, ac primo Castitatem perpetuam vouit, tum Religioni se mancipauit.

*Diuini-
sus aliq
vocan-
tur.*

V. Hi fortuna quadam beatitudinis iter ingressi sunt: Alios Deus deduxit. Adolescens Perusinus cùm in templo Societatis de vitæ genere deliberaret eo ipso tempore, quo sacra fiebant, quotiescunque populo à Sacerdote sacrum Christi corpus ostendebatur, toties piè Deum obsecrabat verbis Paulinis: *Domine quid me vis facere?* cum ecce tibi iam ter-

tium

tiùm sacra hostia supra verticem effere-
retur, atque is eadem illa verba
ingeminaret, vicissim sibi hæc reddi
audire visus est: *Sine te regi:* Ad con-
scientiæ igitur suæ moderatorem
protinus accurrit; rem aperit; statim-
que Capucinorum institutum sibi
amplectendum esse decernit.

VI. Alibi dum eisdem curis qui-
dam angitur, mœrore penè cōfectus
B. Virginem videre visus est, quæ be-
nignè eum hortabatur si è fluctibus
illis in tranquillum inferri vellet,
Christum, quem ærumnis pariter
pressum coram intuebatur, adiret.
Quem cum afflictum ac iacentē sub-
leuare conaretur, eius vocem audire
visus est: *Confide fili; quoniam me sub-
leuasti, ipse vicissim à me subleuaberis.*
Quo dicto eius Religionis, à qua plu-
rimum ante abhorrerat, incredibili
desiderio flagrare cœpit.

VII. Neapoli Sacerdos omni stu-
dio diligentiaque à consuetudine
patrū Societatis sibi cauebat, veritus
videlicet, ne illi pro sua dicendi, vt
puta-

C10.

10XCIII.

BRUNA.

C10. 1063.

putabat, arte facile sibi persuaderet, ut nuncio rebus fluxis remisso illis cum una viuendi eandem rationem sequi cogeretur. Ea dum secum aliquando agitaret, hæc sibi apud se dici tacitus inaudijt: *Non est quod de me in extremo Iudicij die queraris, Societati IESV tibi nomen dandum esse prædixi, salutis viam ostendi: Tuum erit vel hanc ingredi, vel aliò te conferre.* Perculit hoc tonitru hominem, ut fulmen non expectandum esse censuerit, & è vestigio se Societati adiunxerit.

An. C 13.
13LXXX
V.

VIII, Referam è Nicolao Orlandino admirandam alterius cuiuspiam vocationem. Sodalis Taurinensis probe indolis adolescens Nonitorum consuetudine in suscipiendis mendicorum ritu, peregrinationibus cognita, idoneam captans opportunitatem, comitem in itinere se duobus de Societate adiunxit, quorum pia religiosaque consuetudine (nec enim alij erant nisi de pietate sermones) tantum concepti ignis, ut ad humana despicienda omnia, sequendumq; serio Christum induxi-

duxerit animum. Auxit eam mentem admirabile per quietem visum. Dormienti enim auus iam vita functus occurrit, qui ante oculos rerum humanarum vanitate proposita, auctor ei esse videbatur, ut cuncta despiceret, & Puerum IESVM, quem presentem exhibebat, sedulo sequeretur: ita apud eum nepote relicto senex euauit. Variè hic aspectus infantis IESV animum adolescentis affecit: sensit enim tum primum, quam nihil esset, & sese totum tentauit atque perspexit. Qua ex cogitatione ingentem ob admissas in Deum noxas hausit, & ex dolore inusitatam quandam diuini amoris suauitatem, ita ut vi amoris à corpore mens auulsa Christi charos inter amplexus conquiescere sibi dulciter videretur. Sed non fuit huius mora dulcedinis diuturna. Obiecit sese mox Christus eà ipsa specie, qua quondam in cruce fuerat, & ab illa suauitate ad tristitiam suae necis crucisque traduxit. Cuius recordatione sic animus figebatur, ut doloris vim consequi oratione non posset.

Inie-

Indicia
vera
visionis.

Quae in
diuino
obsequio
quaerenda
sunt.

Iniecta est subito ardens quadam cupiditas, extrema quaque patiendi pro Christo. Sed dum varias sibi ipse mortes & cruciatus fingit, blande sibi visus est à Christo moneri de cruce pendente, Non magnum aliquid futurum, si corpus tantum doloribus ac morti traderet; gratissimam autem crucem ipsi fore, si se interioribus cruciatibus ac morti dederet, quae cum ceteris cupiditatibus, tum libera voluntati necem atque interitum afferret. hanc aiebat crucem tollendam in humeros; hanc alacriter in omni vita gestandam. Vidit hæc & ad eadem gerenda animum mox conuertit.

*Angeli
aliam
vocant.*

IX. Admiratione dignum quoque est, quod Parisijs cuidam evenit. Hic cum apud Iosephum celeberrimum scriptorem belli Iudaici legisset Angelos Tutelares adytis templi Hierosolymitani excessisse, visus est persæpè mediæ noctis silentio audire vocem, quæ eum excitabat: *Surge, eamus hinc; iam tempus est.* Quam rem cum aperuisset aliquando anxi-

us Sacerdoti , cuius auribus animi onera deponebat ; eiusque admonitu, alter veluti Samuel respondisset: *Loquere Domine , quia audit seruus tuus.* Vocem quidem nullam præterea audiuit, sed se adeo immutatum animo sensit, vt aliud nihil, nisi cælum & cælestia cogitaret. Perpolitus deinde institutionibus spiritalibus, videbatur identidem audire in aurem loquentem : *Qui non odit patrem &c.* Itaque relictis rebus omnibus ostendit diuinos susurros surda aure non esse audiendos, quos impunè nemo neglexit.

X. Ita Panormi quidam cum ab ingressu Religionis in dies materno amore retardaretur , morbo graui afflictus est. Qui illi monitor seriusque consilij maturandi auctor fuit. Nam cum ad Religionem impetrandam matris quoque deprecatrix opera vsus fuisset , eodem die morbo releuatus est. quo petitioni suæ locum fuisse intellexit. Quam morbi leuationem Parisiensis cuiusdã Sodalis pater

*Morbis
alij adi-
guntur.
An. CIO.
IOXCVI.*

*An. CIO.
IOLXXX
VI.*

pater eodem quoque momento sensit, quo filij ad excelsiora consilia capessenda properantis voto annuit.

XI. Atque ut ille sua indulgentia beneficium promeritus est, ita dum alij obluantur malum senserunt.

An. CIO.

10CII.

*Qui ob-
stant pu-
nantur.*

Posnaniæ Sodalis quidam animum appulerat ad religionem, remque patri suo indicarat, surdo videlicet fabulam. Tandem cum vrgeret id responsi retulit: *Me uiuo, inquit, cui quicquam tentes; nihil efficies: si obiero, age sanè, quod collubitum fuerit.*

Quid quæris? citius impetrauit filius, quam voluerat: nam biduo post pater extinctus est, ut videlicet filio li-

l. 2. de

Virg. l. 2.

Epist. 18.

ceret benè viuere. Similia olim eu- nisse narrant S. Ambrosius & Hieronymus.

XII. Genuæ expetierat Minimo- rum religionem, parentis opulenti vnicus filius. Verùm non modo nihil impetrauit, sed in non optimorum quoque seu custodiam seu corrupte- lam traditus est, ut ea illi mens exci- deret. Sed tenuit aliquandiu fortem

ani-

animum; & ter fuga elapsus, ter re-
 tractus est à parente tentandi, vt aie-
 bant, propositi gratia. idque primum
 Summi Pontificis auctoritate factum,
 tum propria vsurpari cœptum est.
 Certatum est sēsquianno fortiter,
 blanditijs tandem omnibus euietus
 cessit parenti filius. Sed infelicis vi-
 ctoriæ, non fuit gaudium diuturnū.
 Desciuit enim primò adolescens à
 pietatis studio; tum inuito atque in-
 scio patre alienas à familiæ suæ dig-
 nitate, impares diuitijs nuptias, clan-
 destinè adeptus est. Enim verò ino-
 pinata re percussus parens, cum tam
 grauem sibi posterisque inuri notam
 non pateretur, illum continuo do-
 mus suæ aditu ita prohibuit, vt nul-
 lis etiam principum virorum sum-
 mis precibus in aliquem pristinæ
 gratiæ locum, plus quondam æquo
 expetitur filium restituere voluerit.
 Coactus igitur est carere nescio cu-
 ius caducæ dignitatis causa pater v-
 nico filio, quo Christi causa carere se
 non posse animum induxerat. Et mi-

N. ser

feriuuenis ad inopiam maiorem re-
cidit, quam in religione inuenisset.
Atqui multa se dederunt, vbi posset,
nimale sanus fuisset, diuinā cognos-
cere voluntatem. quid enim aliud, dū
nutat, repentino amici odio inflictū
vulnus? dum ferocem frenat equum,
crus ad murum propè effractū? quid
gravis denique è feбри morbus aliud
monebant, quam *vt magis Deo obe-
diret, quam hominibus?*

Astor. 5. XIII. Alterum adolescentem.
An. CIO. Sodalem indulgentior pater à patrū
IO. CIX. Capucinatorum familia prohibebat,
& feruori temperando aquulam af-
fusum iri credebat, si Mussipontum,
studiorum causa eum mitteret. Vi-
tertia hebdomas abierat, cum ad pa-
rentem tristis affertur nuncius, filium
lethali vulnere iniquè confossum fe-
rè exanimem iacere. Penè hoc nun-
cio funeratus pater aduolat, vt exte-
rum halitum legeret. Horis adhuc
tribus filius superuixit, solatiōe pa-
tris maiori, an dolori nescio. Id vnū
solari illum potuit, innocentem pe-
rite

rire. Exoravit quoque à parente veniam percussori : & ad extremum causam mortis suæ exponere non dissimulavit. Secesserat à lecto paulisper parens , cum inter mortua volentis aliquid atque appellantis voce reuocatur : respicit , accedit , incipit filius : *Vides , inquit , mi Pater , quem nuper Christi Cruce in Capucinorum domo insignitum passus non es ad astra tutam viam querere , eundem alieno facinore crudeliter morientem videre cogeris.* Non fuerunt hæc verba , sed spicula quibus paternum pectus nimis nuper blandum propè effossum est. Sic videlicet datur ; qui erga Deum parci sunt.

XIV. Possem alia ferè innumera eorum exempla memorare , qui vel ipsi pertinacius vocanti Deo restiterunt vel alios à Religione retardarunt , quam miseris modis luerint ; sed nolo tristissima narratione librum hunc funestare , cum ad ea quæ Sodalium omnium communia sunt , festinem.

CAPVT VIII.

CASTOS MORES
COLVNT.

Quæ Sodales officia Religionis exequantur satis opinor dictū est. Nunc ad ea virtutum exempla veniendum est, quæ circa tractationem corporis animique coërcitionem eluxerunt.

I. Ac primum Castitas sese offert, *Sapi. 6. diuina res & quæ proximum facit esse Deo;* virtus, quæ Sodales cumprimis decet, vt qui Virginis Virginum peculiare clientes sint. Est enim Castitas, Virtus, qua homo secundum iudicium rationis & electionem voluntatis moderatè utitur corporis membris, quoad venerea. Cui si adiungatur constans propositum integritatis conseruandæ, *Virginitas* vocabitur, quam S. Augustinus *in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditationem* vocat, Cum igitur casti-

tas

tas belluinos motus coërceat, nulla- *Dignitas*
 que turpitudinis simulacra menti af- *Castita-*
 figi sinat, patet quam longe ab his *tis.*
 inferioribus rebus, id est, à luto ad
 diuinam quandam viuendi rationem
 mortalium animos attollat atq; eue-
 hat: vt sancti patres eam virtutem
Angelorum vitam iure optimo nunc-
 cupent. Vnde & Angelorum confor-
 tio beatas & patrocínio defensas vir-
 gines legimus; & diuinus quidam
 odor per earum cubicula sparsus in-
 dicio fuit, quanta suauitas illis ani-
 mis inesset, quos castitas incoleret.
 Deinde Cadauera à tabo integra &
 putoris expertia ostendunt sæpe, quã
 Sanctus Spiritus in eo corpore liben-
 ter habitat, quod casta mens à bru-
 tis voluptatibus conseruauit. Deni- *Isa. 55.*
 que nomen illud melius à filijs & filia- *Apoc. 14.*
 bus; nomẽ sempiternum, quod Eunu-
 chis promittitur; illud canticum no-
 num Agni, quod nemo canet nisi Vir-
 go sit, manifestè declarant Deo ca-
 stitatem præ reliquis gratam accep- *Præuerb.*
 tamque esse, vt rectè dictum sit. *Qui* *22.*

diligit cordis munditiam habebit ami-
cum Regem. Sed de huius virtutis ex-
mul. Vir- imia dignitate passim multi scripse-
tut. re : nos Sodalium nostrorum in ea
 tuenda aut comparanda pugnas por-
 rò enarremus.

Oppug-
natur.

An. C. D.

10LXXX

VI.

II. Neapoli adolescens in re lau-
 ta & ampla satis familia abiectis ina-
 nium curis, totum se ad seria conuer-
 terat. Inde suspicio familiaribus in-
 cidit, eum nescio cuius vitæ consiliū
 animo versare ; hoc ut eximerent,
 mentem eius ad alia auocare studue-
 runt: Sed pessimo incepto. Nam foe-
 minam forma bona, sed quæ parum
 honestè pudicitiam habuerat, eo im-
 miserunt, vbi meridiari solebat, ma-
 gnis oneratam promissis, si volupta-
 tis illecebra animum adolescentis in-
 fringeret. Verùm mens sanctis cogi-
 tationibus imbuta lenocinijs imper-
 uia est. Os enim illud impudens per-
 frictamque frontem ea verborum vi-
 tamque acri oratione verberavit, vt
 insueto pudore suffusa recesserit.

III. Cæ.

III. Cæterùm his tentationibus concitandis egregiam operam Dæmoni locant sæpè pestilentes socij, qui cum ipsi vndequaque pudicitiam omnem profligarint, aliorum quoque famam atque pudorem atterere nituntur. Sed B. Virginis cultores pestibus eiusmodi facile restiterunt. Perusinus quidam Sodalis die dominico, qui proximè C. An. C. D. I. D. X. C. II. neralia præit, cum se studiorum suorum causa domi contineret, cubiculi ostium digiti crepitu pulsari audit, surgit, aperit, impudentem mulierculam eo à duobus contubernalibus perductam aspicit; & sicuti viperam vidisset, retro pedem refert, pessuloque obdito trepidus refugit. Perstare illa, crebroque pulsu sollicitare aditum. pudicus adolescens cum se oppugnari sentiret, ad B. Virginem confugit, preces litaneuticas de illiustitulis ingeminat, alia vota magno animi ardore pronunciat. Interim petulans fœmina per vim mollitia ianuam irrumpit, adoritur.

iuuenem quid faceret? Vim vi propullat calcibus, pugnis, verberibus primum impetum frangit; tum ingenti animo in obsistentes illatus, eos disijcit, elabitur, spoliaque optima fugiens reportat seruata castitatis.

*In Cruce
Vincunt.
An. CIO.
10CIV.*

IV. Alius Malacæ in consimili periculo, cum telum ad manum non haberet, quo se tueretur, Crucifixi effigiem obiecit, ac tantopere propudiosas castimonie oppugnatrices perterrefecit, vt fugam fecerint, quasi si *Lupa* flammam vidissent. Non potuit meliori telo à se nefas propulsare. nam inter præcipua seruandæ integritatis remedia ponendam Christi patientis accuratam meditationem censeo. Cum enim *corpora nostra membra sint Christi* quis tam proiectæ improbitatis sit, vt Christi corpore diris cruciatibus conscisso, ipse spurcis delicijs sese inquinet?

*De modis
castitatis
tuenda.*

V. Et quoniam remediorum mentio incidit, compendio plura suppeditare, vtque illis Sodales vsi sint indicare

dicare visum est. In magnis malis nulla nimia est diligentia: & hostibus potentibus magna præsidia opponenda sunt. Castitatis autem tuendæ rationes plurimas annumerant; eas ad tria genera reuocabo, *Orationem, Ieiunium, fugam.*

*Vide Iacob. Al-
uar. t. I. l. 5. c. 14. &
15.*

VI. Oratione defendi mentis integritatem S. Augustinus ex Sapiente docet: *propriarum virium credebam esse continentiam, quarum mihi non eram conscius, cum tam stultus essem, ut nescirem sicut scriptum est: Neminem esse posse continentem, nisi tu dederis. Vtique dares, si gemitu interno pulsarem aures tuas & fide solida in te iactarem curam meam.* Ex- perientia multos docuit profuisse ad castimoniam propugnationem Deo, B. Virgini, & Angelo tutelari quotidie se serio commendauisse. Sola re- cordatione B. Virginis aut quod ip- sis in mentem venerit Sodales se esse, aliquibus adiumento fuisse reperio; ex ea maxime cohortatione S. Ber- nardi *Cum tentationibus pulsaberis*

Sap. 8.

*Ope D.
Virginis
castitas
defendit-
tur.*

An. C13.

N 5

respi- 10XCVII.

An. CIO. *respice stellam, voca Mariam.* Atq; ita
 DCVII. præterea Frexenalensis quidam ge-
 An. CIO. nere Nobili oriundus è Sodalitio
 DCVIII. Virginis Immaculatæ Concept. mu-
 lierculæ illecebris prouocatus cogi-
 tabat : *Sodalis B. Virginis sum : si qui
 vitam politioem profitentur, agrestes
 habentur, cum verbo factone immode-
 stiore contra urbanitatem peccant;
 profecto Sodalis non est, qui vita, fa-
 ctis, dictis alius est, ac Immaculatæ Vir-
 ginis Sodalem deceat.*

An. CIO. VII. Cordubæ Sodalis audierat
 DCX. ad corporis lasciuia compescen-
 dam præcipuè valere annulum lite-
 ris AVE MARIA inscriptum, si eo-
 dem se quis Virgini desponsum esse
 vellet. placuit rei periculum facere.
 Indidit digito annulum; atque ab eo
 tempore amorem libidinis omnem
 restinctum sensit, quasi sine corpore
 vitam degeret. Iaspidi ferunt eam
 vim inesse, vt pudicitiaæ florem in vi-
 gore conferuet : mea Iaspis fit MA-
 RIA VIRGO, cuius virtus nunquam
 hebescit.

VIII. Quod

VIII. Quod sequitur, plus admirationis habet, quam exempli, quamvis à viro maturo factum sit. Hic cū ante aram Virginis, voto castitatis se obligasset, extare voluit voluntatis suæ votiq̄ue monumentum. Domum igitur reuersus venam sibi aperuit, exceptoque sanguine votum in charta consignauit, schedam in ipsa theca reposuit, religioseque secum in sinu circumtulit, magnusque castitatis amator, pro ea tuenda sanguinem se profunderi posse demonstrauit.

IX. Vilitatiore via in Magnæ Matris patrocinium se Cracouiensis quidam Sodalis insinuauit. Consueuerat hic in honorem Deiparæ Officium ipsius à biennio quotidie recitare; & quartum insuper hebdomadis diem, ipsumque Sabbathum ieiunio transmittere. Cæpit illi hospita, apud quam diuersabatur, blandius alludere, quam erat honestæ satietatis, atque ad facinus pertrahere; nec à periculo longe abesse videbatur.

Cum nocte quadam dormienti sub ipsam auroram species Augustissimæ Virginis obijcitur, altera manu sertum viride gestantis; altera ipsius quoque manum apprehendit, eumque supra montem amœnum amicissimè inuitans deduxit. Cœpit consequi; & mox id sertum suo capiti imponi sensit. Id visum vani nihil habuisse, argumento fuit, quod à somno experrectus pestilentes ardores remisisse, seque ab illecebris omnibus abhorrentem animaduertit. Nã ubi animus semel ad interiores voluptates admissus, & cœlestium fragrantia florum perfusus est, nauseam putat, quod corpori blandum est. Vnde & literarum honestarum studia, & piarum rerum meditationem contra veneris faces vim magnam habere omnes perhibent.

X. Sæpe etiam profuit, ad Patrones quos sibi quisque vel quos omnes delegerunt confugere. Hanc novam rationem & ad Castimonix amorem magis inflammandos Sodales
& ad

& ad eam conseruandam excogita-
 runt Duaceni, vt præter Virginē Vir-
 ginum Mariam, aliam è Virginibus
 cælitibus patronam sibi deligerent,
 quod institutum sic narrat P. Petrus
 Pennequin eius Sodalitatis dire-
 ctor: *Est & illud in hoc Sodalitium non
 sine prouidentia Numinis inductum;
 placuit enim, vt magnis Principibus
 Fœminis fieri videmus, Magnæ Mariæ
 Maria, honorariam Puellam ac ve-
 lut pedisequam è Cælitibus aliquam
 seligere, quæ per annum suum etiam
 diem haberet, quo ab Vniuerso Soda-
 litio solenni cultu coleretur; ad eam
 verò electa est Sancta Aldegundis Vir-
 go Belgica Regio sanguine oriunda,
 Virginitatis amore & laude, & prodi-
 gis, ad eius custodiam Virtutis editis
 omnino singularis. huc enim potissimū
 spectabat hoc nouum inuentum, vt per
 eam occasionem de laudibus Castimo-
 niæ apud Sodales haberetur Oratio,
 & huius virtutis amor altè eorum pe-
 ctoribus imprimeretur: Et probasse vi-
 detur hanc nouam industriam Deus:*

nam invocatione S. Aldegundis bien-
 nio vix integro decem aut duodecim
 prodigia admiranda edidit, ac è Soda-
 lium corpore complures è periculosis
 morbis eripuit : ac ante obtiduum duo
 iterum visi sunt publico Sospitatriei
 huic Dina duos cereos offerre testes be-
 neficij in desperato morbo accepti : &
 iam eius reliquia argèto inclusa prorsus
 habentur à Sodalibus in morbis reme-
 dium. Hæc ille. Sic nouo testimonio
 discimus , quod iam veteres docue-
 runt, Castitatem corporibus quoque
 salutarem esse , thesaurumque tam
 preciosum apud plures patronos de-
 positum securius asseruari.

Sacra-
 mentorū
 & sus ca-
 stitatem
 cōseruat.
 l. 2. cap. 4.

Zachar.
 9.

XI. Ad orationem meritò reuo-
 cant Sacrorum Mysteriorū frequen-
 tationem. Ac quanta sacrae Commu-
 nioni ad vitia domāda vis insit, supra
 ostensum est. Et pro castitate defen-
 denda multum posse , nemini dubiū
 est. Hoc enim est illud frumentum e-
 lectorum & vinum germinans Virgi-
 nes. Confessio verò peccatorum fre-
 quens & serua , incredibile dictu est,
 quam

quàm citò ac fortiter totam impuri-
tatis sentinam exhauriat. Causam
quærenti ea occurrit, quod vt Sacra-
menta cætera peculiare vires in se
continent, ita pœnitentiæ vis pecca-
tum quoduis elidendi insita est. de-
inde nihil adeo dæmonem auertit ab
oppugnatione mortalium, quam si
eius machinationes in aperto consti-
tuantur. nam vt arrogans est, ita ve-
hementer turpitudinem suam prodi-
perhorrescit, quod cum frequenti
culparum expiatione fiat, à conatu
improbo tandem desistit.

XII. Confirmat, quod dixi Mur- An. CIO.
ciensis quidam Sodalis. Hic cum im- 10XC.
puditiæ æstu propè abriperetur, vt
periculosas cogitationes animo dis-
pelleret, rus prodeambulauit. Ob-
iecit se illi tunc quidam Sacerdotis
habitu ætate iuxta ac supercilio ve-
nerandus, quæsiitque ex eo, cur vul-
tu mœsto oculisque in terram de-
iectis incederet? Non tacuit causam
mœroris sui; credo, vt esset, vbi
eam ægritudinem animi exspueret.

Hic

Hic veteratori campus apertus est, in quo eius oratio decurreret. Coepit multa variaque super ea re disserere, ut qui ætate atque experiundo sapientiam magnam collegisset, interim vaferrimè prunas in pectore conclusas, quasi flabello quodam ventilabat, ut aquis illis, quas affundere velle videbatur, iuuenis penè conflagraret. Tandem cum labefactari sensit perturbatam mentem, huc euasit: *Quid dicendo diem consumo?* inquit, *Vidi multa, legi varia, cognoui ferme omnia, que morbo huic curando profutura dicebantur, sed efficacius remedium nullum dum reperi, quam inuisam hanc vitam citò abrumperè, & ex his sordibus vi vnâ factâ quam maturrimè euolare.* Hæc ille; & cum dicto laqueum offerens, *En,* inquit, *hoc remedium presentaneum.* Cohorruit iuuenis: atque ut in cæteris spiritualium Patrum consilio uti solitus fuerat, ita ad Patrem Societatis super hac re consulendum prouocauit. *Non equidem te contemno,* inquit: sed

*Dæmonis
consilia
omnia
fraudu-
lenta.*

ille

ille notior est, ideoq; quod ille mihi con-
siliū dederit, id sequar. Disputare
contra ille alter, & aduersum niti;
multa ac probrosa in Societatem in-
gerere. Cum nihilo secius gradum ad
urbem reuocare pergeret iuuenis, &
à Collegij porta non longe abesset,
quasi manu iniecta à vestibulo repel-
lebatur. Perrupit tamen virtute Nu-
minis inuocata, remque omnem in-
apertum protulit, & insidias cauere
didicit. Neque ad extremum omni-
no destitit dæmon. Nam dum eius
fallaciæ deteguntur, scabellum, quo
nitebatur iuuenis, graui motu con-
cussit atq; euertit, satis indicans, tum
sua consilia atq; machinationes im-
probas concuti ac pessundari, cum
aperiuntur.

XIII. Sed eam Confessionem, *Qualis-*
quam certam adeò medicinam face- *nam Cō-*
re diximus, oportet frequentem esse *fessio pro-*
atq; seriam: Frequentem, quia mor- *sit.*
bi vis naturæ insita quotidianis ferè
assultibus animū oppugnat, vt quo-
tidianis contra remedijs agendum,
& tan-

& tandem vis illa retundenda sit. Seriam dico; quæ firmissimo animi proposito constituat pro viribus eniti, ut vitium oppositum penitus è pectore excludatur: atque ut id opportunius fiat, certum deligat, cui peccata sua

c. 3. §. II.

confiteatur, de quo iam supra hoc libro actum est.

*Corporis
castiga-
tio reme-
dium ca-
stitatis.*

l. de Helia

& Ieiun.

c. 3.

1. Cor. 9.

XIV. Alterum remedium castitati tuendæ necessarium, Ieiunium præscribunt: quo aliæ corporis macerationes quoque pertinent. S. Ambrosius ieiunium appellat *fundamentum castitatis*. corporis castigatione effrenem carnis vim coërceri & in *servitutem redigi* S. Paulus admonet. Quod Sodales nostri insigniter præstiterunt.

CID.

IOCVI.

Pacenses in Peruana Prouincia, ut libidinem omnino perdomarent, sacrum id tempus, quod natalitijs ferijs antecurrit, carnibus abstinuisse, multique solo pane victitasse perhibentur. Verberibus quoque & cilicina veste corpus affligunt, ut non defuerit, qui annum integrum setis

acer.

acerbissimis se excruciarit, vt cogitationum turpium molestia se liberaret.

XV. Mediolanensis quidam ad sacram synaxin accessurus, consueverat ad fœdas somniorum imagines expungendas, thorace cilicino per noctem se munire. Forte contigit, vt nocte quadam diligenter conquistum non inuenerit: ita illo omisso quieti se dedit. Nocte intempesta dormientem inimica ludibria incessunt. Ille odio obscœni phantasmatis, & vsu eius luctæ experrectus profilit è strato, vt flagello se tueatur, cumque nec hoc quidem reperiret, linteo tantum indutus (& erat sæua hyems) in hortum domesticum descendit, ibique tamdiu inambulauit, dum periculosus ardor nocturno frigore extinctus est.

XVI. Dolæ in peruigilio Natalis Christi similibus flammis correptus quidam, eandem restinguendi rationem inuenit. Nam nudum se per niues peruolutauit, vt si quid

An. CIO.
IOXCIV.

An. CIO.
IOXCIV.

voluptatis inuito animo se insinua-
uisset, vrente frigore penitus delere-
tur.

An. CIO. XVII. Dilinganorum quoque
IOXCIX. strenuum in eo genere certamē me-
moratur. Fuere enim qui vincendæ
cupidinis causa se in niues, aut in spi-
nas abijcerent; alij, qui digitos in ig-
nem extenderent, qui saxo pectus
plangerent, aut pugnis faciem con-
tunderent; alius ferè ad mensē his-
pida se tunica maceravit, de qui-
bus sequenti capite plura afferam.

CIO. XVIII. Ingolstadij nouus quidā
IOXCVIII Scæuola manum tamdiu prunis tor-
ruit, dum flamma pestilens per visce-
ra grassari desineret. Verbera, cilicia,
ieiunia, & alia quotidie à nonnullis
vsurpantur, vt preciosissimum casti-
tatis thesaurum à prædonibus con-
seruent. Imitantur videlicet Diuos
Hieronimum, Benedictum, Domi-
nicum, Franciscum, qui armis eius-
cemodi domesticum hostem debel-
larunt.

CIO. XIX. Lugduni Parthenius qui-
IOXCIX. dam

dam cum nulla alia seruandæ integritatis via superesset, manus ipsas in vultum suum arinauit, atque elicitò vnguibus cruore, oris sui florem ita contaminauit, vt quid porro in ipso amaretur, nemo videret. Profuit aliquibus teterrimarum rerum olfactu atque gustu Veneris mephitin superasse. Sed de genere hoc toto sequenti capite plura afferentur.

XX. Fuga erat tertium è tribus propositis remedijs. Huc spectat orientes cogitationes atque motus statim animo eijcere; & si possis, ne admittere quidem. Hanc Beatus Ægidius magni Francisci discipulus præ reliquis collaudauit pugnandi rationem. Scintilla vesti illapsa cito maculam inurit; ita praua cogitatio mentem facile inficit, nisi eam quam primum excutias. Huc pertinet faminarum adspectus, colloquia, munuscula presentiam, occasiones alia deuitare. colubrum in sinu tutius feres, quam in oculis, in auribus, in animo muliebres blanditias. Vnde ore

CIC. IX

XCIX.

Fuga castitas defenditur.

I. Cor. 6.

An. C. 13.

DCCXII.

C. 13. 13

XCI V.

vno sancti Patres consentiunt, cetera vitia pugnando, luxuriam fugiendo rectissime profligari. Hinc *Fugite fornicationem*, S. Pauli verbū est.

XX. Sic ille Pultouiensis fugit. Nam lascivius ab impura muliercula appellatus, fuga se in conclauiterius coniecit; quo cum insecta eum fuisset scelestā, aliudque praeterea effugium misero non pateret, ne laberetur, ex alta se fenestra non sine discrimine eiecit, sed incolumis ad terram quasi per funem delapsus est: non enim solus timor alas addit, sed etiam castitas, quae eum sublimem mentem euehat, corpori quoque pondus detrahit, & caeleste facit.

XXII. Panormi quidam per speciem colloquij à femina euocatus, non obscuris signis insidias suspicatus, properauit inde se abripere. Et eo dein tempore, quamuis negotiis suis saepius eodem reuocaretur, transitu tamen per plateam illam semper abstinuit. Ibidem alius ad flagitium

com.

con
tem
è fir
den
qua
dica
uit v
etor
Nar
lita
nun
nico
tum
ocul
cula
casti
tur;
res g
natu
appu
X
Soda
se pr
cillas
Ex ij
Soda

comprehensus pallio relicto fugientem Iosephum repræsentavit. Alius è simili incendio elapsus, recta ad ædem D. Virginis contendit, ei que quam defenderat, castitatem voto dicavit. Quod hic votum nuncupavit victoria iam obtenta; alteri ad victoriam parandam commodo fuit. Nam vnus aliquis è Viennensi Sodalitate in Gallia castimonie votum nuncuparat, id que in libello parthenico consignatum sigillo que munitum apud se gestabat. Adiecit ad eum oculos animum que impura muliercula, varijs que telis ac technis pectus castum adorta, expugnare nitebatur; philtis atque incantationibus res gerebatur. Sed irrita omnia conatu, ad votum quasi ad clypeum appulsa, resiliuerunt.

CIO.
IOCXI.

XXIV. Hispalensium quoque Sodalium laudanda est cautela, qui se presentibus nunquam passi sunt ancillas domesticas musæa sua ingredi. Ex ijs quidam morti proximus eorã Sodalitij Præfecto serio testatus est, sibi

An. CIO.
IOCXII.

sibi nullam faminam ex facie notam, præter quas consanguineas, quas ob vitæ rariones sæpius alloqui necesse fuerat. Vixerat autem annos ipsos nouem Hispali, quo tu magis eius continentiam mireris.

XXIV. Quod subnectam & exempli optimi est & facti voluptatem magnam habet. Agennensis Sodalitij Præfectus, Iuuenis generis antiquitate & auita maiorum gloria illustris fuit. Confluxerat ad urbem vicina Nobilitas, vt Proregem Aquitanie aduentantem exciperet. Multi erant Iuueni illi sanguine coniuncti, & familiariter eum cognorant, ideoque subinde ad eum visebant. Dum de varijs inter se vltro citroque sermones conferunt, vnus quispiam: *Ceterum, inquit, insignes forma ac genere Dominas simul aduenisse scire vos arbitror.* Alius: *Quin igitur imus, inquit, visum?* Et ad Iuuenem nostrum conuersus: *Et tu Theophile, inquit, nobiscum ito, & vnus tibi alicuius fauorem conciliato.* Erubuit ad dictum vere-

cun-

cundus iuuenis, &: *Ignoscite, inquit, Dominarum ego gratiam non ambitiosè quæro. Vt meæ rationes me ab hoc muliebri obsequiõne dicam an seruitute iam pridem reuocarunt. Iam enim animum induxerat, diuino cultui se mancipare. Cum alia insuper afferret, quibus officium illud deprecaretur, vrgebant illi contra, importuniusque vti secum iret instabant. Ne igitur inurbanus agrestisque haberetur: Agite, inquit, ne pertinacius amicis reluctet, aliam vicissim operam mihi promittite: quam à me petistis haud inuitus præstabo. Dic, inquiunt. Primum ad eas ibitis, inquit, quas ego conuentas voluero. tum porro ad vestras, si lubet. Faciemus, inquiunt; duc quo voles. Ille igitur die constituta splendidiore vestitu se exornat, frontem solito elegantius comit, auro gemmisque superbissimè se ostentat, vt qui modestiam hominis norant, vehementer admirarentur. Procedit nobile agmen: venit ad ædes prima fronte magnificas. Propylæum.*

O

fene-

fenestræq; altiores nobilem incolam
 spondebant: pulsatur: Seniculus sa-
 tis officiosè accurrit foresq; reserat.
 Ibi cum certaretur, quis primus in-
 grederetur, *Date veniã*, inquit Theo-
 philus, *rusticitati meæ, quod primus*
irrupiam; volo tempori parcere, quod
inter hæc certamina effugit. Recte tu
quidem, inquit, *Theophile, & mo-*
ras importunas abrumpis, & familia-
ris per notas ades deducis. Cumque in
 atrio vellent resistere, ne de impro-
 uiso importunius interuenirent Do-
 minis: *Nil verendum est*, inquit ille,
minimè fastidiosa sunt hæc domina.
 pergit deducere. illi interea verbo-
 rum gestuumque compositiones
 meditari, vestes decenter ac commo-
 dare, denique prouidere, ne delica-
 tos Dominarum oculos quidquam
 offenderet. Postquam in partheno-
 nem, vt credebant, deducti sunt, mi-
 rificissimum spectaculum illis obla-
 tum est. Erant ibi aut veternosæ anas
 lippientibus oculis, buccis fluenti-
 bus, labijs demissis, incuruæ, eden-
 tula,

tulae, pannosae, macie illuvieque
 squalidae aut foedissimis morbis affli-
 cta muliercula, lectulis pleraeque af-
 fixa. Morbi senectutisque stabulum
 illud erat. Aliae fila ducebant digitis
 marcentibus, & inermi gingiua in-
 aequalia stamina morfu complana-
 bant: aliae detritas togulas pellium
 frustulis resarciebant, atq; ad fallen-
 dum laborem anile aliquod carmen
 hiabant verius, quam canebant.
 Duae tunc forte nescio super qua re
 contentissimè litigabant, & prom-
 ptis conuitijs sese inter se atque om-
 nium aures profcindebant. multae
 siccissima tussi tenacem animam eie-
 ctare velle videbantur. Vbi introgres-
 si sunt Iuvenes, aniculæque suum
 Theophilum aspexere: *Venit*, excla-
 mant, & rebus suis omissis tremulum
 gradum accelerant, *O noster*, inqui-
 unt, *saluum te aduenire gaudemus;*
 manuque porrecta fessum inuitant.
 Vna tum caput pexuerat, & breues
 ac raros pilos in nodum colligere la-
 borabat, hæc Theoplilo cōspecto ita

vt erat soluto capillitio, & *ridens ca-*
tuli ore gallicani officiosissime no-
 uos, vt rebatur, Theophilos conci-
 liare, nouosque mæcenates parare
 studebat, aniliter multa garriens ac
 blandiens. Stabant inter hæc comiti
 Iuuenes attoniti & tardè senserunt se
 per gynæceo in Xenodochium de-
 ductos fuisse. corrugata igitur fronte
 omnia illa, fœminarum officia auer-
 sabantur, dubij irascerentur ne an ri-
 derent in fraudem piam se à Theo-
 philo inductos fuisse. quos ille hu-
 manissimè iocans, ad hilaritatem &
 paria obsequia præstanda inuitabat,
An vultis, inquebat, O amici, vt cum
ad vestras me Dominas deduxeritis
tristi adeo ore atque auerso vultu eas
aspiciam? quin frontem exporrigitis &
has verè dominas salutatis? Quid mul-
ta? effecit virtus iuuenis, vt pro indi-
 gnatione admiratio eos occuparit,
 tam raræ sanctitatis, cæperintq; lau-
 dare ingeniosam pietatem. Denique
 erogata liberaliter in miseras elee-
 mosyna discesserunt, & Theophilo
 de

de fæminis posthac visendis negoti-
um nullum amplius faceßere tenta-
runt. Vidit sapientissimus iuuenis
formam deculque oris fluxa esse, quæ
mortales mirantur; atque id in vetu-
lis amicos suos docere voluit.

XXV. Sed nec omne quod nitet
aurum est; nec omnis flos sine vene-
no est. blandum malum mulier ple-
rumq; animo, non rarò corpori no-
cuit. Sodalis id prope extremo suo
cum periculo didicit. Nam Mexici
cuidam oris corporisque totius dig-
nitate conspicuo laqueos improba,
mulier tetenderat, ipsa fœdissimo
dudum amore irretita: precibus alijs-
que modis ad facinus bonum Sodal-
lem sollicitauerat, vano incepto, ubi
se frustra fuisse speque potiundi de-
iectam vidit, repulsæ impatiens &
dolore furens necē adolescenti ma-
chinatur: venenum parat, eique me-
dicata saccari condimenta in delici-
as officij, & amatorij muneris simu-
latione transmittit. Adolescens im-
prudens, vrbauitatis retinendæ donū

*Fæminis
non ni-
mis fidē-
dam.*

An. C 17.
10X C 1 X.

*Sub melle
Venenu.*

admittit. Irritabant gulam dulcia munuscula, & propè propius manum iniiciebat, vt gustaret. sed refrœnavit cupidinem lex constans sibi met indicta, in honorem B. Virginis eum diem ieiunio transmittendi: iubet ergo recondi in lucem posteram. Ea cum diluxit, poposcit promum hypotrimmata; inferuntur statim, sed olida, vitiata, & vermibus scœntia comparent. Tunc demum fraude intellecta, & infidijs detectis, agnouit Iuuenis Magnæ Virginis beneficio è vitæ discrimine se ereptum fuisse, in quod impuræ fœminæ conijcere solent. Inunc, & à Medeis vel Deianiris munuscula accipe. ni mortem crudelem ac lentam tibi met quæras.

*Quare
Sodales
castitatis
amantes
esse debe-
ant.*

1.

2.

XXVI. Hæc de castitate Sodali-
bus proponenda esse duxi, qua eos in
primis excellere necesse est, cum
virginis virginum sint clientes: in-
digni sunt tanto porci patrocinio.
Quo magis etiam studere illi eos vir-
tuti par est, qui toties in corpus at-

que

que animum suum virgineum Christi corpus recipiunt. Aurum gemmaeque vilia sunt, ut in his Christus collocetur; & tu insuper in sterquilinum impurum eum pergis abijcere? Cogita Christi dignitatem, & te membrum illius; quam parum te aestimas, si luto obsecano te inquinat. lauit ipse te, o quali lauacro! quid iterum in volutabrum irruis, & in cæno turpissimè te prouoluis? Sedem ac templum suum te Sanctus sibi Spiritus dicauit, quid immundæ Veneris idolo mentem tuam profanas? Rationes has breuiter complexus est S. Paulus: *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? absit. Et: Fugite fornicationem. Omne peccatū, quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autē fornicatur, in corpus suū peccat. An nescitis quoniā mēbra vestra, templā sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim estis precio magno.*

3.

4.

5.

I. Cor. 6.

6. *Glorificate & portate Deum in corpore vestro. Nil potest addi, quod à libidine magis coërceat Christianum.*

I. Cor. 3. nisi audire velit & illud Paulinum: Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Nos ad alia transeamus.

CAPUT IX.

SODALES DVRE arcteq, se tractant.

QUæ hoc capite de sensuum totiusque corporis coërcitione scribentur, alijs locis subinde tacta sunt, vt hic breuioribus esse liceat. Est autem hæc rebellium affectuum refrenatio tanti momenti, vt sine ea neque castitas, neque vlla virtus locum tenere possit, neque precandi studium vim magnam habeat, vt Asceticorum doctores produnt. Sed vt Sodales hac in palæstra se exercuerint, videamus.

*Necessitas Mor-
tificatio-
nis.*

*Gulam
refrenat.*

I. Prima in gulam luctatio suscipitur.

pitur. Herbipoli quidam maioris Ie- An. CIO.
iunij tempore quinquies in quadra- IOXCVI.
genas horas traxit in ediam. Alius pio
S. Catharinæ studio incensus, annum
totum eius honorandæ gratia carni-
bus abstinuit. Friburgi in Heluetijs
singulis Quadragesimæ hebdoma-
dis dies aliquos pane & aqua quidam
transegerunt.

II. Ex Sodalibus S. Annæ Olo- An. CIO.
mucensibus quidam sextis quibusq; IOLXXX
ferijs ob Christi necis memoriam, vi- II.
num non gustant : alij ijsdem diebus
pane & aceto victitant. Vino in ho- CIO.
norem Beatæ MARIÆ sacratoribus IOCIX.
eius diebus Boholani quoque in Phi-
lippinis abstinent.

III. Ingolstadij & fuit & etiam-
num viget aliquorum consuetudo
diebus sabbathinis ieiunio Deiparam
venerandi. Aliqui triduana sibi iei- CIO.
nia eaque rigida, vt præter panem & IOXCVI.
aquam nil gustarent, indixerunt. Nō
erit iniucundum audire, vt ex ijsdem CIO.
intemperantiam aliquis castigari. IOCT.
Cum ille bibendo temperantiæ fines

nonnihil excessisset, & se liberalius inuitasset, facti pænitens, vt meritas à seipso pænas reposceret, celebriori quodam die mendicum inuitatum suam domum deducit: mensæ paratæ iubet accumbere: mox ad pedes eius deiectus osculatur vtrumque; assidens deinde mendico vnà prandet. Cum vellet bibere, surgit. iterumque prouolutus ad genua pauperis supplex ab eo petit potestatem bibendi. Id cum postremum faceret, non prius haurire voluit, quam mendicus inuitus atque abnuens sputo potum fædauisset. Nemo horreat: nunquam spurcius bibitur, quam cum nimium bibitur.

*Corpus
duriter
habent.
C10.
1061X.*

*25. 6. 9.
et seq.*

IV. Aspera corporis tractatio frequens Sodalibus esse debet, aliorum exemplo. Luxenburgii nudis pedibus Natalitijs matutinis interfuerunt. Niuium thoros alijs vñtatos supra memorauimus. diuerberationes statæ & quotidie ante oculos, & libro superiore recensitæ sunt. Michaelis Ayatumi in hoc genere fuit penè
in.

inexplebilis ardor. Quot diebus se-
 mel funiculis se cecidit: publicè ab alio
 flagellari sæpenumero postulavit. po-
 stremis vitæ suæ diebus enixè petijt, ut
 liceret sibi seminudo per publicas oppi-
 di plateas flagellis cedi: quare biduo
 ante eius mortem Michaeli adiuncti
 sunt quatuor collega, à quibus eam pe-
 nam à seminarij domo ad usque tem-
 plum Societatis IESV sustineret. Depo-
 sito igitur indusio umbilico tenuis vni
 propria dat manu chirographum, in
 quo quicquid præconis voce publicè re-
 citari vellet descripserat: alteri tubam
 porrigit, tertio flagellum: ipse latus fla-
 grionis habitu incedere gestit ad eum
 omnino modum, quo uno ante mortem
 anno publicè plecti viderat Balanas
 quasdam Idolorum Sacerdotes. Stan-
 tem ita in procinctu militem, & iam
 ad verbera excipienda paratum, pe-
 dem subito reprimere iussit pater, piã
 illam voluntatem Deo tantisper satis
 fore persuadens, dum cõmodiore tem-
 pore factum ipsum concederetur. Dif-
 ficile ac durum fuit hoc imperium.

Michaeli, sed cessit; indignum se con-
pellans, qui Christi causa plagas acci-
peret. Hæc in Alphabeti appendice.

CIC.

10CII.

V. Mediolani alius fuit, qui no-
 ctu ad orandum surgebat, easq; pre-
 ces nudis genibus absoluebat: tum
 se catena ferrea diuerberabat acri-
 ter. Neque hoc quotidiano suppli-
 cio contentus, ieiunio ferè nimio se
 macerabat, præter panem & aquam
 re nulla victitans. Ibidem cum aliqui
 flagro carerent, cingulo se ferro præ-
 fixo male multarunt.

An. CIC.

10LXXXV

VI. Dilinganorum quoq; in cor-
 pore edomando feruor pro exemplo
 proponi debet. Inuentus est, qui se
 nudo corpore peruolutaret in niui-
 bus, & qui hebdomas totas omni
 se potione fraudaret; & qui ad am-
 plicandum voluntariæ verberatio-
 nis ardorem inflicta vulnera acri sa-
 le conspergeret. alij sacculis denso
 lapillo refertis indormierunt, ne sua-
 uiter cubarent. Placet hunc feruorè
 in ipsorummet annalibus cognosce-
 re. *Multi Sodalium ad cogitationes*

turpium illices auerruncandas ingeniosius fuere, cum digitos dentibus inuassissent, nomen IESU implorassent, nudis genibus manibusq; passis precati essent, culcitra incubuissent stramentitia, fame, cilicio, flagello, virgis elicito, saepe sanguine corpora sua vexauissent. Extra Ieiunium Quadragesimale sibi ipsis in ediam frequentissime indixere, alij quemq; Veneris diem nullo libato liquore, alij vno contenti cibo, alij nullo traduxere. Vnus quidam tuenda Castimonie plusquam spartana sese virtute tractauit, siluam inijt hyeme peracri, niue praalta. Hic minime molli ille mollem in niuem sese deponere, lacertisq; quam pote diductis salutationem Angelicam globulis adnuotando ad ultimum frequentare, tum quasi prolusisset, commentans animo illud diui Pauli, a se corpus castigari suum professi, virgas corripere interq; candorem niuium corpus sanguine purpurare. Amulus hunc alius nocturno tempore, in Dormitorijs vita functorum, alysq; locis religiosi mortē

vita metam instituit contemplari, tum
ligulis, loro & are rigidis ita se con-
dit, ut auersus aduersusque largiter
sanguinaret. Hactenus ô adolescens &
redi domum. Abest ab hac mensa sa-
linum: ergo & recentibus ac sponte do-
litis vulneribus salem adspersit in-
fricatq; memor vulnerum Christi Ser-
uatoris. Hinc fortasse minus mirabi-
mur (cunctis tamen absque inuidia
verbi propono) si tantas irrigationes
tanta fecunditas est consecuta, ut
quindecim omnino, repudiatis seculi
rebus in Societatem IESV concesserint.
Ita illi. Fuere qui Diuorum Benedicti
Francisci que exemplo in spinas ac
niues se abijcerent, aut digitum in
ignem extenderent, aut pectora saxo
tunderent aut pugnis faciem impete-
rent. Quidam sex omnino horas in-
geniculatus Christi Domini mortem
ac supplicia est contemplatus. Alius
vt ægroti subleuaret inopiam vino
suo abstinuit, obtulitque decum-
benti. Viginti sex diebus noctibusque
vnus asperitate setarum sese attriuit.

Vnas

Vnus retundendis lasciuiã insultibus An. CIO.
 ipsas decem horas sub graui, quod IOXC
 posuerat, saxo distensus in formam VII.
 crucis iacuit. Alius moribus vexa-
 bat linguam tantisper dum spurca
 cogitationum reprimeret.

VII. De Ingolstadiensibus illud CIO.
 quoque memoratu dignum reperio, IOXCIV.
 quod solo ieiunij verni tempore plus
 ducentæ Zonæ cilicinæ distributæ
 sint; nec tamen omnibus petentibus
 satisfieri potuerit. Ac fuit inter eos
 quidam, qui vrticas & rosarum spi-
 nas pro cilicio corpori applicuit,
 quem merito Rosam dixeris, qui si-
 ne spinis viuere noluerit. vt contra
 pro spinis eos habendos iudico, qui
 rosarum adscititias delicias sectatur.
 Ac certe felicior ille fuit, qui Nea- An. CIO.
 poli subito extinctus cum cilicio in- IOLXXX
 uentus fuit, quam nescio quis Vene- VI.
 ris nepotulus, qui rosarum inter fo-
 lia somnum capere consueuit.

VIII. Generosum etiam fuit fa- CIO.
 cinus & Xaueriano æmulum Sodalis IOXCIX.
 Antuerpiani, qui cum Sodalitio B.
 Vir-

Virginis Angelico nomen dedisset, vt fidem suam Magnæ Matri arctius obstringeret, ter fune circa lumbos circumactò, quasi baltheo quodam fortis miles se constrinxit. Mox tamen attritis lateribus, exulcerata cute, asperior fuit dolor, quàm ferrent tantillæ vires. Post trimestre spatium rem apud magistrum cum fletu deposuit, qui è vestigio inolitum sanguinolentæ pelli funem cultro abscidit. Rectius enim quædam facta miramur, quàm imitemur.

*Animi
Victoria
nobiliss-
ma est.*

ci. 100.

IX. Verum vt animus corpori præstat, ita qui animum coërcent, præstabiliorem victoriam reportant, quàm qui corpori imperant. Ea autem pugna ferè in sui abiectioe cernitur. Exempla capite primo huius libri relata sunt; pauca tamen hic quoque subnectam. Treuiris pridie Natalis Domini post breuem de Seruatoris nostri amore atque humilitate dissertationem, Præfectus eximia pietate Sacerdos, vt propositum exemplum imitaretur positis humi genibus,

nibus, opus aliquod pium, quod exequetur, imperari sibi petijt. Quem reliqui facti illo piè commoti, certatim secuti sunt, & egregia sanè virtutum illarum documenta in nosocomijs præsertim ediderunt.

X. Granatenses pauperum adolescentium sumpsere patrocinium, pro quibus ipsi inter se per decurias diuisi, celebriores vrbs plateas obeunt, ac publicè Eleemolynam corrogant. E quibus mantica vnus onustus, nocte ac cælo pluuio, asperri-
CIO. 10CV.
 misque ventis flantibus, hanc pauperibus operam nauauit, tanto ciuium moru, vt nonnulli, quod dabant, flexis genibus porrigerent.

XI. Neapoli quidam in scaten-
CIO. 10CV.
 lepra hominem incidit, in eumque omnia pietatis exercuerat officia; æger admiratus viri pietatem grates agere incepit. Tum ille: *Ego verò, inquit, & gratias tibi agere debeo & immortales ago, qui pi operis faciendi ansam mihi prabueris; simulque caput acclinans leprosum hominem*

magna cum eius admiratione osculatus est.

CIS. 13CV. XII. Limæ in Petuana prouincia
 Canonicus quidam in Sodalitatem
 cooptatus, beneficium hoc, veluti
 maximum quoddam ac singulare
 beatitudinis capessendæ indicium
 prædicauit. cumque intellexisset so-
 lere aliquibus hebdomadæ diebus
 Xenodochia à Sacerdotibus Sodali-
 tatis adiri, ministeriorum deferendi
 gratia, ad ipsum id munus præstan-
 dum celerrimus accurrit, togaque ac
 pileo sepositis, summa animi volup-
 tate pauperibus inseruiuit. Quod eo
 illustrius exemplum fuit, quo ipse
 scientia, ætate, dignitate magis om-
 nibus antistabat.

CIS. 13
 LXXXV
 III. XIII. Quo in genere obsequio-
 rum auersos animos fortiter retine-
 re, & tota vi eo applicare debuerunt.
 Ex Aletinâ Sodalitate seni quotidie
 ad Xenodochia publica mitteban-
 tur. Eorum vnus cum nescio quæ
 nausea inter abluendas lances ani-
 mo facta fuisset, ad eam cohiben-
 dam

dam præclaro amuleto usus est. Nam reliquias esculentas inter retrimen- ta culinæ vel ante triduum abiectas auidè deuorauit, generosa suimet vi- ctoria.

XIV. Mediolani magna animo- CI9.190.
rum alacritate in officijs illis Sodales occupantur. Perhorrescebat bo- nus quidam adolescens nomen Xe- nodochij, nedum adspectum; diui- no tandem impulsu Præsidem Sodalitij adit, animi sui mollitiem at- que imbecillitatem fatetur; ait vel- le se sibi vim facere. Constituitur dies: adest benè manè; itur ad infir- mos. Vbi in loci conspectum ven- tum est, ecce tibi expallescere ado-lescens, horrere, titubare, sudore dif- fluere, sed nihilominus Christi amo- re obfirmatus colligit se, cubiculum ingreditur, terram osculatur, cœ- leste numen ac vires implorat. Nec mora, strenuè se ad opus accingit, pallium abiicit, sternit lectos alia- que exequitur tâta alacritate, vt om- nibus incitamento postea fuerit, cui pri-

prius aliorum exempla vix esse cal-
caria potuerunt.

CIC.

10CV.

XV. Neapoli alius quidam tene-
rum nimis fastidium egregiè vltus
est. Nam cum in Nosocomio vlce-
rosum hominem sæpius contrecta-
set, domum reuersus seipsum ferre
vix poterat: auersabatur vel facti me-
moriam: aquam, qua nefas ablueret,
quæritabat. Cum in promptu non el-
set, subito diuinitus generosior mens
homini immissa est: cæpit detestari
ignauiam suam; & vt in signe victoria
genus admirere, osculari ac lingere
eas partes, quæ magis vlcerum face
fuiſſent infectæ. Macte animi! hac ad
virtutem itur. *Illi enim maxime præ
ceteris in virtutibus proficiunt, qui ea
qua sibi magis grauiæ & contraria
sunt, viriliter vincere nituntur*, ait
Th. de Kempis. vt proinde Sodalibus
noſtris virtutum agendarum cupidis
athletica hæc viuendi ac vincendi
ratio præcipuè cordi eſſe debeat, vt
qui præſtanti indole non niſi ardua
atque magna ſibi propoſita habeant.

Sed

*l. 1. de i.
mit. c. 8. l.*

*Aut. Fac.
Francisc.
Arias
propriis
tractati-
bus.*

*Aluar. t.
2. l. 2. &*

Sed de toto illo genere alij vberibus perscripsere. Hæc pro exemplo sufficiant.

*L. de Pōt.
l. 4. dicitur
spirit.*

CAPVT X.

SODALES ANIMI
robore præstant.

Fortitudo contemptum quendam diuitiarum, honorum & voluptatum, atque firmum propositum inhærendi bono honesto complectitur: tum maximè robur quoddam animi significat in sustinendis periculis audaciaque nimia moderanda. Quam in re etiam generosa Sodalium facinora non defuerunt.

*Vide S.
Th. 2. 2.
q. 123. a.
2. S. S.
Ambros.
l. 3. de off.
c. 36.*

I. Possent hic in medium afferri omnes ij, qui spretis his humanis diuiniorum vitæ degendæ rationem secuti sunt. Sed & longum foret multos percensere, & supra suo loco aliquorum exempla numeravi. Vnum tamen alterumue adijciam, in quo fortis indoles magis eluxit. Ex Sodalibus

*Religio-
nis obsta-
cula for-
titer per-
rumpit.*

CIO. IO libus Neapolitanis anno vno ampli-
 LXXXIII. us quadraginta varia Religioforum
 instituta complexi sunt. In his ado-
 lescens illustri loco natus, præcla-
 ris naturæ donis instructus fuit, cui
 quidem magno stetit Religio. Nam
 cum eius de Religione consilium
 rescisset pater, furore percitus, &
 pugnis eum verberibusque contun-
 dens: *Moriere flagris*, inquit, *præse-*
quam abeas. At ille: *Non mihi tum,*
 inquit, *erit India aut Anglia Mar-*
tyri causa peragrandæ, si paternis
manibus interficiar. Cum animad-
 nerteret pater, nihil se asperitate pro-
 ficere, ad lacrymas blanditiæque de-
 flexit. Ne hæc quidem firmum ani-
 mum abducere ab instituto potue-
 rant. Reditum ad acerbitatem, re-
 ditum ad minas. Domestica eum cu-
 stodia pater inclusit, vt tanquam
 reum aliquem in proprium oppi-
 dum, quod tridui itinere aberat, vin-
 ctum amandaret. Sensit hoc perspi-
 cax adolescens, & fugam attentè me-
 ditans non sine vitæ discrimine, edito
 de

de loco, confestim defiluit. Inde ad Religiosorum domicilium nullo pallio, nullo in publicum prodeuntis ornatu insequentibus à tergo famulis transuolauit.

II. Nec minus strenuè fortiterque se gessit alius adolescens ex hac eadem virtutis schola profectus, qui postquam patri, se religioni adscribendum esse significauit, nolletque patrijs bonis, quæ sibi hæreditario iure obuentura erant, inconsultis illis Religiosis, quorum se numero adiungere meditabatur, credere, verberibus malè acceptus, ad Religionis ædem brachio semifracto cõfugit. Tum accersito tabellione antistitis permisso nuncium paternis bonis patrique ipsi remisit.

III. Panormi Iureconsultus honestissimo loco natus, magnaque apud omnes auctoritate in Religiosorum cætum adlectus est: Hic cum per patriam necessario iter faceret, mater illius voluntate cognita cum bene magna matronarum caterua
pro-

C 13. 13

LXXXI.

processit atro vestitu, passisque crinibus; & pedibus aduoluta obtestatus est, ne se desertum iret. Sed ut lacrymæ muliebres cito exarescunt, ita vim magnam non habuerunt. Alium mercatorem, ad quem hæreditas quinquaginta millium aureorum deuenisset, parens à patrum Capuicorum instituto auertere frustra tentauit.

*Ob adit-
tam So-
dalitatē
vexati
generose
vincunt.*

IV. Non minorem commendationem meritus est eadem in vrbe nobilissimus quidam Eques, qui parthenianis adiunctus, æqualium suorum in se odium quoddam prouocauit. Cum igitur eum ad D. Christianæ templum illius feriis venturum cognouissent, aream, vbi maximâ Siciliae totius frequentiam nundinae celebrantur, cum scorto obsidet, quod ille quondam perditissimè amauerat, ac sese plus quinquies pro eo certissimæ morti obiecerat. Scortum, ut fuerat edoctum, Iuuenem aggreditur, pallioque arrepto, verbis petulantissimis susceptam vitæ rationem

exprobrat, domumque & ad pristinam consuetudinem inuitat. Quid multa? plus semi horâ Iuuenem sic vexauit mulier impudentissima, vt nusquam elabi potuerit. Dynastæ interea alijque Iuuentutis Principes, totusque populus cachinnis concuti, sibilis perstreperere, clamoribus hominem exagitare. Sed ille ea constanteria & grauitate mulieris procacitatē à se reiecit, vt duos equites petulantissimos traduxerit ad honestatem, vt statim criminibus expiatis in Sodalitij facellum secesserint, ac sese per semi horam acriter ceciderint; alter etiam mundo nuncium penitus remisit, nescio an fortiozem hunc prædicem, quia sibilos sannaſq; tam cordate pertulit, an quia animum suum à veteri ruina labefactari non siuerit, vtroque certe in genere heroem se ostendit.

V. Pueri virile responsum est. Hic ex Regina Angelorum Sodalitio Oromucij erecto, per plures Ieiunij magni dies cibario pane contentus vitā

*Ad Ges
tera peccata non
relabi
fortis a-
nimi est.*

*Fortis pueri
responsum.
CIC.
Iocx.*

P

tra-

traducere maluit, quam carnis
vesci. Quam ob causam & tergo
sui periculum adiuit sæpe, & inco
moda non pauca pertulit. Die qu
dam Sabbathi cum ad carnes eden
das vrgeretur, diceretque reluctan
pater stomachabundus: *Itane vero
parentibus obedire docent Iesuitæ?* *Es
enim vero obedio,* inquit; *nam Ec
clesia Mater est.*

CID. ID
xcviii.

VI. Dictum hoc consimilis me
simili constantiæ admonet. Nam
Dilingano Sodalitio domum prof
ctus Adolescentulus appositos in
terdicto die carnes canibus obieci
rat; rogatus causam, *Ista,* inquit, *mi
hi, non cani sunt hodie vetita;* cum
que instarent accubantes, & vel buc
ceam (rem oppido parvam) sumen
hortarentur; *Nec sane,* inquit, *pomi
grande fuit cuius ob esum primi pa
rentes à Paradiso sunt profligati.* Qu
neget Sodalitia esse præstantiora
Philosophorum lyceis, vnde tam
sapientia dicta condiscunt.

VII. T.

VII. Timidi videbitur factum, quod narrabo, si humanis oculis rem quis spectauerit. Sed reuera fortitudinis non leue argumentum habet. Sodalem quendam Sassaritanum in Sardinia quidam in compito adortus ad pugnam prouocauit: excusauit Sodalit, quod ensis suus obtusus foret. *Stringe*, inquit alter: *quid enim gestas? Egone' ut stringam?* inquit ille, *nequeo: nam Sodalitij praeses iam dudum gladium meum vagina affixit, ut conuellere non possim.* Egerat videlicet saepe Pater de ira moderanda & temerarijs congressibus declinandis; quod tam alte animo combibit iuuenis, ut nullo iurgio laceffi potuerit. Belluarum est in quasuis pugnas ruerre: fortis robur suum non temere effundit, sed loco suo referuat.

VIII. Aduersos casus excelso animo tolerare, fortium virorum est. Ita Sodalit Dolanus ex agro reuersus cum & domum & quicquid inerat incendio absumi fortuito inuenisset, in genua procidens: *Dominus,*

Ad duellam prouocantur.

CIO.

IOCIIV.

Benorum iactantia ferunt. Eodem

inquit, *dedit, Dominus abstulit, sit
men Domini benedictum.* Qui lo
verba tam citò in promptu habuit
eiusdem robur animo dudum con
cepisse debuit. Eum multi suspen
runt vt *contempta dominum splen
diorem rei.*

*Nec à
morte
abhorret.*
CIC.
1001.

IX. Nec ad mortis minas ita co
horruerunt, vt partheniana indole
indignum aliquid facerent. Neapo
adolescens tanta ira in sodalem ex
arsit, vt cum hominem celebri in lo
co contumelijs omnibus onerasset
stricto etiam mucrone mortem
minatus sit. Sed ad hæc impavidus
noster; *Mortem, inquit, Dei causa
bentissimo animo excipiam.* Simul
pedes insanientis allapsus iisdem
culum defixit.

CIC.
1001.

X. Memorabile aliud Boholan
Sodalis aduersus veteris superstitio
nis reliquias fortiter patrauit. Arbor
erat in suburbio de earum genere
quas Nonoe incolæ nominant, qua
que eius naturæ sunt, vt si qua adhuc
tenera aliam aliquam arborem con
tin-

tingat, eam vitis in morem arcuè cō-
 plexam ramulis implicet, & totam
 denique exiccet, humoremque to-
 tum in se deriuet. Hęc igitur miræ in-
 ter omnes pulchritudinis ac prodi-
 giosæ præ alijs vastitatis tantum sibi
 concediarat opinionis, vt ipsam olim
 Pyntati inter Numina colerent, & si
 quis ramusculum ex ea decerperet,
 aut terram subiectam aratro viola-
 ret, piaculum vitâ luiturum dicerent.
 Facile quidem stultitia hæc vnâ cum
 cæteris penitus abolita fuisset, ni hæ-
 sisset altius quorundam cordibus in-
 fixus minarum metus. Arborem at-
 tingere audebat nemo, donec Par-
 thenius ille gloriosè de falso Deo tri-
 umphauit, qui excisam admiranti-
 bus spectatoribus arborem igni de-
 dit, agrumque ferro euertit, fixum
 dein eo loco crucis signum, consper-
 sus lustrali aqua fundus vberiores,
 præ quam alijs in locis fructus dedit.

XI. Forte illud quoque facinus CIC.
10CX.
 est Panormitani cuiusdam qui die
 quodam fortè Sodalitate domum.

repetens, à quodam in palatium euocatur. Atq; vt animus bonus minime suspicax est, ita ille periculum sub se non aduertit. Ingreditur; mox à duobus profligatissimæ vitæ hominibus interceptus, prece primum ac precio; tum verò minis etiam atque verberibus ad nefanda eorum mandata perferenda sollicitatur. Sed discere potuerunt, qui viri sint Sodales. Repudiat hic conditiones, verbera contemnit, alienum à se, alienum à tantæ Matris cliente asserit, in tam indigno flagitio esse sequestrem. Expediunt illi mucrones, pugionibus inuolant, & ni pareat, mactaturos se ostendunt. *Occidite, inquit, fortè hoc potestis; ut sceleris internuncius fiam, nunquam à me impetrabitis. Florem integritatis seruare certum est, LILLIUM AN ROSAM, id verò parum me interest.* Admirati sunt iuuenis fortitudinem, & porro vrgere destiterunt. Vide quid animus liber possit: & se incolumem seruat, & hostibus nefas sæpè è manibus extorquet.

XII. Ad

XII. Ad fortitudinem Parthe- CIP. XCIX
 nianorum ostendendam puto hoc
 quoque facturum. Taurini adoles-
 cens ab equo calce petitus in ingui-
 ne vulnus acceperat. Sed eâ erat
 verecundiâ, vt chirurgus vulnus ape-
 riri nulli auderet. Inde morbus, in-
 de vitæ periculum. dissimulauit ta-
 men, quantumuis grauibus confi-
 ceretur doloribus, donec Patris Spi-
 ritualis præcepto malum pandere co-
 actus est. Sed putrescente vulnere,
 eo iam res deducta erat, vt morbi vis
 nullo remedio vinci potuerit. Quo
 etiam non multo post summos in-
 ter dolores vitam innocentem ab-
 soluit, cum patientiæ ac fortitudi-
 nis exemplum, simul ducentos au-
 reos Sodalitati testamento reliquis-
 set.

XIII. Quo ille animo cruciatus
 tulit, ne sanaretur, eodem alius ferrû
 & ignem, vt glans ferrea pedi infixâ
 euelleretur sustinuit, vt nec verbo
 nec vlllo indicio dolorem proderet,
 sed IESV & MARIÆ nominibus

vim cruciatuum mitigaret: eamque patientiam è materno B. Virginis sinu se haurire profitebatur. Eam deinde glandem eidem Virgini in memoriam beneficij suspendit.

XIV. Hæc Sodales patientiæ atque fortitudinis exempla intuiti, generosos Spiritus induent, & iam non modo inanes malorum iocos aut aculeos fucorum, sed mortem quoque contemnere audebunt, si pro virtute paciscendum sit, vt nunc in Iaponia multi constanter faciunt etiam hodie. Et ab Indo factum infra referam. Sed vt ad iniuriarum tolerantiam acrius extimulentur, eiusdem rei specimina præclara proponamus.

CAPVT XI.

INIVRIAS ACCEP-

tas remittunt.

Nescio an quicquam sit, quod ingenuo homini maiorem dolorem afferre possit, quam si indigno iniu-

iniuria impingatur. Nam alia vel casus infert, vel merito nostro nobis obtingunt: vtrumque admixtum habet, quod malum leniat. Quæ enim casu eueniunt, communia sunt mortalibus; nec toleratam est difficile, quod omnes ferre coguntur. Quæ culpa nostra accidunt, sponte à nobis suscipi videntur. Quæ verò aliorum nequitia nobis irrogantur, illa talia sunt, vt nos idoneos visos fuisse indicent, quibus impunè illuderetur; quod honesto cuique perquam difficile est. Vnde & maximi animi est, iniurijs eiusmodi non succumbere, nec earum remedium à vindicta petere. Neq; enim æquè malum malo, vt clauus clauo bene expellitur. Bonus animus supra iniurias se erectum credit, faciliq; obliuione eas conterit: Mollis infra se abijcit, ostenditque tam se humilem esse, vt tangere eum iniuriæ possint. Quo in genere fortitudinis, quam præclarè Mariani milites pugnarint videamus.

I. Cracouiensis quidam Sodalis

P 5

vitaæ

*Vindicta
cupidas
imbellis
est.*

*Homicida
ignoscens.*
C13.
XCVI.

vitæ innocentia præstans hospitio suo egressus, in ignotum fortè militem incidit, à quo ne verbo quidem inter eos commutato, lethale in capite vulnus accepit exanimisque in terram corruit. Frater eius germanus ubi rem intellexit, excandescens perditum homicidam socijs sibi aliquot adiunctis inuestigat, & tandem inuentum, catena oneratum domum abducit, vt sequenti die extremo supplicio plecteretur. Adolescens porò saucius vt fugientem animum non nihil collegit, aduertitque percussori malum imminere, multis precibus apud fratrem agere institit, vt veniã data homicidam abire sineret mortem eius sibi iam morituro commodi nihil allaturam, & se in sua vita abitu præclarum Christi ignoscens exemplum imitaturum. Non videbatur exorari posse frater; ita rei indignitas & tam boni fratris amissio faces irato subdebant. Cum tamen alter finem rogandi non faceret, atque, si negaretur, animi dolore citius

citius conficiendus videretur, fectè pollicetur, se eum liberum dimissurum. Non latuit læsum dolus. *Atque,* inquit, *mi frater, oro te obsecroque, ut hominem coram ad me solutum vinculis adducas.* Repetebat istud sapius, & lachrimans obtestabatur, ut tandem sisti debuerit. Hunc ille ut vidit, statim coram omnibus, quantum potuit clara voce liberum pronunciat, & protestatur, se necem propriam nulla ratione vindicare velle; conuersusque ad hominem: *Deus tibi, inquit, ignoscat; ora pro me Deum & Beatissimam Virginem,* sicque solutum vinculis abire iussit. Post die & nocte, qua superuixit Salutationem Angelicam assiduè iterans, pie ex his corporis vinculis in libertatem filiorum Dei euolauit.

II. Veronæ vir honestus quotidie solitus erat recitare B. Virginis Officium, atque inter eas preces genibus niti. Oblitus id aliquando pensum persolvere, cubitum se receperat: sed cum somnum capere nō pos-

set, subijt neglecti officij memoriam recordatio. nulla igitur morâ se e-
 strato corripit; & cum nescio quos
 in via ante fores ædium suarum in-
 ambulantes inaudiret, ne qua fraus
 strueretur metuens, cubiculi fene-
 stram aperit, ac quid rei sit perspicit.
 Lucente luna videt ille in tenebras
 abdentem se quendam, & eo utcum-
 que agnito, nihil iam suspicans mali,
 paulo ibi diutius æstus leuandi causâ
 moratur, cum ecce tibi repente con-
 iecta ab improbo sicario per fistulam
 ferream glande, periculosum in capi-
 te, sinistro penè oculo excusso, vul-
 nus accipit: tum, vt in re trepidâ pri-
 mum vehementer perturbatur; de-
 inde implorato eius patrociniò, in-
 cuius obsequio iam esse parauerat,
 animo diuinitus confirmato, *Ignosce,*
 inquit, *Ignosce, quisquis es.* Et sicuti
 ipse læsus non fuisset, curam omnem
 aliam seposuit, placidissimeque vt
 instituerat, preces pertexere incepit.
 Quibus demum finitis domesticum
 aduocat, quid factum sit, quid fieri
 velit

velit edocet. rogatus de auctore, *Nihil opus est, inquit, te hoc scire, cura qua mandavi.* Eadem fuit hominis constantia cum ad eum Prætor misit, qui de tanti facinoris auctore interrogarent. neque enim vllis aut precibus aut minis aut artificijs adduci potuit vnquam, vt illum indicaret. Nec verò ipse pro se obliuione iniuriam deleuit, sed apud Deum quoque sæpe numero egit, vt reo veniam facti daret. Hunc ne Deum offensum habere potuisse credimus, qui inimico suo eum conciliare tam sollicitè studuit?

*Nolunt
prodere
eos à qui-
bus laesi.*

III. Perquam similis virtus fuit Ingolstadiensis cuiusdam Sodalis, qui luculento in capite vulnere, eoq; mortifero ab Equite cæsus & veniam statim dedit & à ductore equitum interrogatus, nullo indicio percussorem notare voluit. Quod Panormi à quodam præstitum quoque fuisse reperio. Pars enim vindictæ videri potest, auctorem iniuriæ prodere.

C I O. I O C
XIX.

C I O. I O
IXC.

IV. Alius Saffari glande plumbea

P 7

ictus,

Veniam
impe-
trant.

An. CIO.
I DCVIII.

ictus apud parentem suum prius sup-
plicare non destitit, quàm facinoro-
so veniam impetraret. Quare ille se
postea mortis periculum euasisse,
citiusque opinione sanitati pristinae
restitutum fuisse credidit. Vbi enim
animus sine cicatrice est vulneris,
corporis quoque vulnera cito ob-
duci possunt.

CIO. I DC.

V. Neapoli per errorem vulne-
ratus Sodalis, primum à suis obnixè
contendit, ne quid in suum interfe-
ctorem durius agerent; tum maiori
idem vi apud matrem dolore ferè in-
sanientem euincere laborauit. Cum-
que durior illa esset ob vnigeniti ne-
cem: *Ne quaso, inquit, mater mea, iter
meum ad cælum impedi: Christum, si
sapis, in filij locum tibi adopta, heredem
& minime auarum & locupletissimam:
cui ego quidem pro hoc mortis genere
grates lubens ago.* Inter hæc cum ni-
hil nisi de cælesti patria vel audire
vel loqui vellet, ad extremum Chri-
sti effigiem arctè complexus suauissi-
mè exspirauit.

VI. Le-

VI. Leuiori in re non minus fortitudinis est exemplum. Balearis cuiusdam Sodalis, qui ab alio pugno percussus, aduolutus statim ad illius genua, veniam petijt, & maxillam alteram, si ita opus foret, præbuit verberandam. Quod Olyssipponæ Sodalis quidam imitatus scribitur. Monachij itidem adolescens ingenij præferuidi fuit. hic cum æqualem officij admonuisset, gratiarum loco pugno os ei verberatum est. Poterat vlcisci & paria facere, sed præceptorum memor, quæ illi identidem inculcabantur, de ira cohibenda, nihil contra, nisi illud tantum: *en tibi, inquit, genam alteram.* Non minus liberalis alter, colaphum alterum infregit, eadem adolescentis patientiâ. Indignum id visum alijs; ad Sodalitij Præsidem res delata est. Hic experiundi adolescentis gratia, grauitè eum, quasi nescio quid concertationis incepisset, reprehendit; tum in reliquorum confesso vterque ad pœnam quasi reus vocatus est,

Maxillã
alteram
verberã-
dam ex-
hibent.
CIC. IC
LXXXVI.
AN. CIC.
ICLXXX
VIII.
CIC.
ICICX.

est, iussi que sunt alter alterius pedes exosculari. Qui læserat, tergiuersari, vt non inconstanter iniuriam fecisse videretur: ille verò alter è vestigio in genua procidere atque osculari velle. Sed à conscio innocentia Præsides prohibitus est; cui satis fuit, Sodalibus generosæ victoriae palmam præfigere, ad quam decurrerent: Virtutem penitus abijcere par non fuit.

*Satisfactions
respuunt.*

VII. Alij satisfieri sibi noluerunt. Aletino cuidam Sodali e: que Regio Iudici, homo iræ impotens colaphū impegerat: promptum erat vlcisci, nisi Christianus animus inhibuisset. Redijt interea ad se alter, & animaduertens, quem læsisset, pro iniuriae compensatione grandem pecuniae summam obtulit. Cui Sodalis: *Antibi ignoscendum sit, inquit, non pecuniam tuam, sed Christi voluntatem in consilium aduocabo.* Dedit deinde veniam, eamque tabulis consignatam, ad Magistratus publicos transmisit. Laudarunt factum omnes; nec in merito; talia enim fiunt, cum Christus con-

con-

consultor est. *Cupidine atque ira pessimis consultoribus, ut ille appellat, fieri æqui bonique nil potest.*

VIII. Parum esse visum est multis iniuriam non vlcisci, nisi iniuriū benevolentia complecterentur. *Barrienses contumelias publicè acceptas pedis osculo rependerunt. Quo alius Mediolani factō, irā in pectore intumescens repressit. Marsalensis alius fuisse iniuriosè pulsatus, repentina occupatus iniuria, saxum iam sustulerat, ut verbera vlcisceretur, cum ratio admonuit, Christiani officij esse, accipere potius, quam facere iniuriam. Itaque ad pedes aduersarij procidens iisdem osculum infixit.*

IX. Imo beneficijs quoque contra certarunt. *Posnaniensis quidam Sodalis multo tempore potentis alienius & factiosi ciuis conuitia passus, nunquam reponēbat; eodemque auctore magnam in mercibus iacturam fecerat. Ferebat noster æquissimo animo, dictitans se DEIPARÆ*
amo-

*Beneuolē iniuri-
ostant.*

CIO. IO
LXXXVI.

CIO. I
IOCI V.

CIO. IOCI.

*Erga eosdem be-
nefici
sunt.*

CIO.
IOCI X.

amore & quicquid pertulisset iniuriarum obliuisci, & plures pati paratum esse. Neque minus promptum ad inferendas se alter ille gerebat, donec Deo vindice domus illius magnaque pars rei familiaris incendio deflagrauit. Quo iret miser? aut quem hospitem rogaret! nota erat sauities hominis, quem plures metuebant, quam amabant; & quod denique fieri solet, pauci eius miseria mouebantur. Sed nostri videte benignitatem. Inuitat ærumnosum domum suam; vxori eius, quæ prope diem partum editura erat, cubiculum egregiè instruit, omnibusque officijs miserum demeretur. Nemo ambiget, afflicto animum redditum, partemque maximam ærumnarum, beneficio tam mitis hospitis abstergam fuisse. Ego verò vtriusque mentem considerans, illum nostram gaudio triumphasse opinor, quod inimico suo amicè facere potuerit: ad huius verò alterius miseras accessisse eum dolorem maximum.

reor,

reor, quòd tantum amicum vlla vnquam in re læferit. Verè enim dictum est: *si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius.*

*Prou. 25.
ad Rom.
12.*

X. Diuionensis item Sodalis annonæ militaris curator, à rusticis comprehensus pessimeque habitus, ita eorum immanitatem vindicauit, vt illorum tecta à direptione militum atque incendio sollicitè liberarit, quos pessimis modis mulctare potuisset.

*S. Aug. l.
3. doct.
christ.
c. 16.
C10. 10
XCIII.*

XI. Nonnulli sacris beneficijs malefacta compensare voluerunt. Neapoli quidam iniuriam fratris interempti neque priuatim vindicauit, neque publicè iudicio prosequutus est, sed B. Virginis amore ita remisit, vt omni ope contenderit, vt fratricida inter Sodales adlegeretur, quo & culpam citius agnosceret, & vehementius detestaretur.

*C10. 10
XCII.*

XII. Quendam è Sodalitio Hispanensi presbyterum, nulla iniuria lacessus alter, contumeliosis verbis

*C10
100*

in

in sacra æde acerbissimè perstrinxit. Sacerdos ad conuiciatoris pedes abiectus, eos osculatus est, ac post acerrimè plagis tergum suum pro altero conscidit. Qua indulgentia id promeritus est, vt cum sequenti die sacris operaretur, inusitata animi voluptate tantum non colliquesceret, cælitibusque interesse sibi videretur. Quod confirmat illud, quod paulo ante dixeram, iniuriarum obliuionem maximæ voluptatis parentem esse.

Quarationes ad ignoscendum inducant.

1.

Memoria peccato. xiii.

XIII. Quibus autem rationibus inducti sint, vt cupidinem vindictæ tam viriliter expugnarent, alij nos docebunt. Quidam eas iniurias delictis suis pœnas irrogatas crediderunt. Vallisoleti duo magnæ auctoritatis dum in iudicio de quadam controversia cupidius altercantur, vnus eorum irâ longius profectus molestiæ quæ oblitus, in iurgio mentiri alterum dixit, & in magna frequentia colaphum ei infregit. Tum alter virtutis memor & veteranus Sodalitij mi-

miles irâ suppressa : *Meis sceleribus,*
 inquit, *debentur graviora, interim*
hoc feram: asseditque animo pacatiffimo. Qua modestia furor alterius,
 quasi affusa aqua, refrixit totus, ani-
 mumque panitudo subijt, & iisdem
 presentibus veniam publicè petijt,
 læsoque cumulatè satisfecit. Ita ve- PROM. I 5.
 rum est: *mollis responsio frangit iram.*

XIV. Pro beneficio alius habuit, Pro bene-
 iniuria se affectum fuisse. Maceratæ ficio in-
 vir primarius & grandi natu ab ado- iniam
 lescente ob sermonem in deteriore habere.
 partem detortum, palam fuste appe- CIO.
 titus pulsatusque, ad percussorem XCI V.
 placido vultu conuersus : *Iniuriam,*
 inquit, *adolescens, facis: quid me petis?*
 Veniamque illi à Deo precatus, om-
 nem illam acerbitatem & ignomini-
 am se Dei causa libenter suscipere,
 professus est; templumque ingressus
 gratias etiam Deo egit, quod se eo
 die illo benefici affecerit; protesta-
 tusque est, se nullo modo iniuriam
 persecuturum. De pace deinde con-
 cilian-

cilianda appellatus, *Nihil*, inquit, *opus est; nam inimicitias nullas suscepi.*

III. XV. Christiani hominis officium alios sui officij admonuit. cuius recordatione Aletinus Sodalis colapho percussus, cum non deessent, qui flabello flamas iræ accenderent, iniuriam remisit. ac ne qua odij scintilla in animo resideret, sese illico Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramentis manivit.

Eodem. XVI. Genuæ quidam prædij cuiusdam frugibus iniuria priuatus & conuitijs contumelioseque verberelacessitus, tametsi prima animi concitatione ad cædem & iniustam ignominiam notam cruoris effusione delendam ferretur, nequaquam tamen fræna laxauit iracundiæ, sed e vestigio templum ingressus, stratusque ad statuam Christi in crucem activna eius vulnerum probrosæque mortis recordatione medicinam fecit recenti tumori; omnem subito ex animo deleuit iniuriam, & in amorem iras conuertit.

XVII. Mul-

IV.
Christi
dolorum
recor-
datione.

Christia-
norum id
propiu.
CIC. 10
LXXXV.

XVII. Multi B. Virginis honore aut Sodalitatis memoria abstinuerunt à vindicandis iniurijs. Recenti quidam pugnis ab inimico calcibusque malè tractatus, cum haud difficulter vlcisci posset iniuriam (erat enim forte cum telo) exæquans Tiro Veterani virtutem , ad eum qui Sodalitati præest, ac currit, stratusque ad pedes, *Fuit, inquit, Pater, vehemens animus vlciscendi, sed ut iracundiam continerem, una Dei Matris charitas fecit. huic ego iniuriam dono prolatoque telo, Exuo, inquit, apud te ferrum: hoc tibi sit conciliatæ gratiæ signum, hoc contemptæ ultionis indicium.*

V.
B. Virginis amor.
Eodem.

XVIII. Bariensis vnus Sodalis filius alterius fratrem interfecerat. Frater nuncio accepto rectâ ad Collegium venit, animumque contra vindictam firmat atque obarmat. Dum domum reuertitur fratricidæ parentem offendit, & statim, *Nihil, inquit, Amice, interrumpet gratiam, quam in B. Virgine ceptam spero aternam fore. Quin per me in posterum*

CIT. D
LXXXVI.

rum

rum amiciores erimus. Nec aliter fecit ac dixerat. Nam inimicitiarum ventilatoribus restitit, cum Prætor egit de salute interfectoris, eius parenti pedes in Sodalium confessu vero affectu exosculatus est. Quis iam dubitet Sodalitates palæstras virtutum appellare, unde tanta fortitudinis robora proueniunt?

XIX. Catanæ alius quispiam in foro grauissimè maledictis perfrictus, illud tantum: *At tu, inquit, ista tam libenter non dixisses, si audisses, quæ à me in Sodalitio frequenter audiuntur. Quo dicto aliterius furor repressus, & alij ad Congregationis amorem inflammati sunt, quod rem omnium difficillimam, Ignoscere ibi possent addiscere. Panormi duos alios ea cogitatio, quod Sodales essent, ab ulciscendo reuocauit. Quod ipsum Cæsaraugustæ quidam illi respondit, à quo alapa ignominiosè cæsus fuerat: *Inter Sodales Marianos, inquit, numeror; unde & hanc iniuriam & alia multa exorbenda mihi esse**

esse indico. Quod etiam inter barbaros in Peruana prouincia vſitatum reperio, vt ſolius Sodalitatis mentione facta ad concordiam reuocentur, ſi rixæ aut pugnx inter aliquos oriantur.

CIO. IOCV.

XX. Nonnullos tamen inuenio, qui iniuriam ſibi illatam non omnino impunè abire voluerunt; ſed eam mulctam reis impoſuerunt, quam amiciffimis gratiam facere debuiffent. Nolanus Sodalis nocte domi ſuæ impurum hominem repertum, hac pœna irrogata liberum abire permisit, vt ſequenti die totius vitæ peccata confeſſione aboleret, & vitam à ſcleribus reuocatam ad honeſtatem colendam transferret. vtrumque poſtea præſtitum. Perſimile eſt, quod Limæ accidit, vbi Indus coniugem ſuam in adulterio deprehenſam ſupplicem, ne occideretur, vitâ donauit, ea lege, vt quot diebus Dominicis doctrinæ Chriſtianæ perdiscendæ cauſâ templum Societatis adituram ſe promitteret. Si paſſim ſic

Pulchra
ſciſcendi
ratio.

CIO.
IOXC.

Q se

se vlciscerentur homines, vt quotidianæ in vita hac sunt iniuriæ, ita virtutis breui magna incrementa sequerentur.

Magnanimus libenter ignoscunt
4. Ethic.
c. 3.

XXI. Concludo, vti cœperam, omnes qui se præstare cæteris student iniuriarum meminisse non debere, quod Aristotelis dictum est. Plantæ enim illi viles sunt, & abiecta indolis, qui omnem suam dignitatem verbo vno labefactatam credunt. Anno sæ quercus fulmen timent; leues afflatus in vtramque partem immotæ rident; arbuscula est, quæ quemuis ictum perhorrescit. Ita magnanimus Deum metuit, reliqua omnia infra

Christianum id est.
Ad Rom.
12.

Matth. 5.
Luca 6.

Ignarus & femina
Sin. dicta

se ponit. Omitto quod præcipuum est, Christiani hominis esse vincere in bono malum: Diligere inimicos, benefacere his qui oderunt: & orare pro persecuentibus & calumniantibus idque idcirco, vt sitis, inquit Christus, filij Patris vestri, qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Illud tacendum non est etiam ab

Eth.

Ethnicis ignavos esse habitos, qui ^{appetenti} violentius iniurias tolerauissent. ^{Quo} ^{tes sunt.} quisque ait Seneca, honestior genere, fama, patrimonio est, hoc se fortius gerat: memor in prima acie altos ordines stare. Contumelias & verba probrosa, & ignominias & cetera deonestamenta velut clamorem hostium ferat &c. premeris & infesta vi urgeris, cedere turpe est. Assignatum a natura locum tuere. Quæris quis hic sit locus? Viri. Ita ille. Nos ad alia transeamus.

CAPVT XII.

OPES SVAS LIBERALITER IMPENDUNT.

Liberalitas nimium pecuniarum ^{s. Tb. 2.} ^{2. q. 117.} amore compescit, easq; debito modo elargitur: virtus ingenuo homine & magnanimo digna, sicut nihil esse tam angusti tamque parui animi, quam amare pecuniam alicubi confirmat Cicero. Nolo in hac com-

Q 2 men-

L. I. Off. mendanda immorari, cum suo splendore quo suis facile ad se alliciat. Sed tantum pauca hic Sodalium exempla memorabo, ac cum plura ad miserorum inopiam subleuandam pertineant, sequentibus ea capitibus verberius recensentur.

CIO. IO
LXXXV. I. Principem in hac virtute locum obtinere visi sunt Sodales Neapolitani, apud quos iam more receptum

CIO. IO
XCII. &
III. inuenio à plurimis annis, ut in pauperum victorumque usus quot annis supra mille quingentos aureos expendant. Cui rei in perpetuum propagandæ *Montem pietatis* erexerunt.

CIO. IOc.
Es deinceps. Sciunt hi maximi Heroës, qua arte cœlum debellandum sit; feliciusque id faciunt, quam olim Terræ filij, nescio qui, gigantes in fabulis tentasse narrantur: Monte suo Neapolitano sidera contingunt, vnde facilis ad transitus est.

CIO. IO
XCVIII. II. Cracouiensium quoque effusa liberalitas laudanda est, qui virginibus indotatis honestè collocandis operam suam addixerunt, in eamque

rem principio statim quater mille aureos contulerunt,

III. Nec Corduba tacenda, quæ Sodalium Parthenianorum exemplo incitata, cum quotidie ex illis vicinos singulos patinis onustos varia obsonia in Xenodochium deferre vidisset, non minus octies mille aureos in ægotantium subsidium ab ordinibus suis impetrauit.

IV. Quitensis Peruanus tametsi res ei familiaris non valde opulenta esset, quæque adeo vix necessarijs sumptibus sufficeret, plures tamen ducentis aureis liberali manu in pauperes erogauit. Vestem, quam ei Nobilis quidam dono dederat, vendidit, & viduæ vnius inopiam subleuauit.

*Pauperum
liberals.*

*116.
C10.
C1011.*

V. Halæ duro labore paruulam pecuniæ summam Sodalitæ contraxerat; eam vt quam optimè collocaret, B. Virginis Sacello donum obtulit.

VI. Hildeshemij quidam ferè pane tantum & aqua victitans, tantum pecuniæ vnciatim comparfit suam.

Q3

de-

defraudans genium, ut quinque aureos collegerit; quibus imaginē per-
Deo gra- elegantem B. Virginis pingendam
tissima. locauit, eamque Sodalitati obrulit.

De magno sumere acervo suauē est, ait
 ille, & facile. Sed *totum victum mit-*

tere verè heroicum est, vnde & vidua

Luc. 21. illa à Christo plus omnibus misisse,
 dicitur, quæ æra duo gazophylacio
 intulerat; quod alij ex eo, quod ab-
 undabat dedissent; hæc verò quod ei
 decrat, *in Dei munera* proiecisset.

Rependi- VII. Nec Deus largitate se vin-
tur in sim- ci patitur. nam præterquam quod æ-
uis, quod ternas opes olim daturus est, in vita
expensū quoque subinde largitiones huius-
est. modi gratas sibi fuisse compensando

CIO. IO ostendit. In ea Neapolitana Sodali-
LXXXIIX tate, quam ægris vincitisque suppetias
 ferre diximus ararius Quæstor fun-
 dum omnem arcæ in illos vsus euer-
 terat. ne teruncio quidem relicto. In-
 teriecto deinde vix semihoræ spatio
 opus erat in similem occasionē præ-
 senti pecunia. Quid faceret Quæ-
 stor? sciebat reliqui nihil esse. con-
 suc-

fuetudine tamen quadam potius, quam spe quippiam reperiendi arcā denuo excutit; & (rem miram!) totidem aureos inuenit, quot prius argenteos deprompserat: Nempe liberalitas Midæ manum, non animum habet.

VIII. Ibidem pater qui Sodali-
bus præest ad eos inflammandos ad
benignitatem in pauperes, vsus fue-
rat vulgato illo argumento, *largiter
darent, centuplum recepturos.* Sub
sermonem vnus è Sodalibus in arcā
nummum aureum coniecit. huic po-
stero die Sacerdos quidam vnum &
centum aureos ex restituta in con-
fessione pecunia numerauit.

IX. Cū Parmæ alius in comu-
ni Sodalium oblatione plus etiam
contulisset, quam vel voluisset vel
præsens eius necessitas ferre posse
videretur, Deiparam erga se libe-
ralissimam expertus est. Paucis enim
post diebus penè centuplicata fors
largissimo fœnore ei reddita est ab v-
no aliquo, qui eam pecuniam se illi

Q 4

de-

CIO. IO
XCIII.

CIO.
IDCVI.

II.
que au-
inē per-
endam.
obtulit.
te est, ait
um mit.
& vidua
niffisse
hylacio
ad ab-
quod ei
iffet.
se vin-
uod z.
in vita
huius-
sando
Sodali-
ppetias
or fun-
s euer-
fo. In.
spatio
ē præ-
Quz.
con-
suc.

*Liberali-
tas semē
opum.*

debere diceret; cum tamen ipse nullo pacto creditorem se esse recordari posset. Hoc est sine impendio quæstum facere, quod cupiunt multi, pauci didicerunt; dum sementi parant.

*Legata
Sodalitū.*

CIO. IO
LXXXII.

An CIO.
IO LXXX
VI.

X. Et quoniam infidæ opes morientes deserunt, nonnulli ut ut potuerunt, retrahere, & in funere illas sibi quæstuosas esse laborarunt; dum earum partem testamento in pauperum aut sacrorum commodum legauerunt. Ita Medicus Olomucij moriens fortunas suas ferè omnes Sodalitatis fidei commisit, ut inde pauperes alerentur. Marcus Antonius Muretus magni illius Mureti ex fratre nepos moriturus Romano Sodalitio ad crucis imaginem & candelabra facienda quingentos aureos testamento reliquit.

XI. Sodalitatis Herbipolensis cum legatum D. Virgini iam perscripsisset, quasi pro mercede cælestes consolatores in vitæ exitu habuit, cum enim morienti duo è Societate ad-

sta-

starent, subito exclamat: *Fenestras aperite: non auditis suauissimum Angelorum contentum?* Et cum dicto lætus exspirauit.

XII. Moguntiaë quidam triginta An. C 19.
moriens argenteos Sodalitati lega- 10 X E
uerat; atque vnum è circumstantibus VIII.
rogarat, vt eos ab aduentantibus cognatis exigeret: cumque ille alter negaret cognatos ipsius sibi cognitos esse: *Indicabo*, inquit, *eorum tibi aduentum*. Moritur interea, & à Sodalibus honorificè effertur. Non multis diebus interiectis ante lucem lucubranti alteri in niueo amictu apparuit. & quinquies lucernam extinxit, quasi admoneret suos aduenisse: & annotatum est eo ipso tempore urbem introisse.

XIII. Excellentissimus Comes Rudolphus Helfensteinius, cuius libro primo crebrior facta mentio, Sodalitati maiori Academicæ Dilinganæ mille aureos moriens reliquit. Cuius illa fuit in pias causas ditandas cura sollicitudoque, vt

Qs

fer-

fermè ad septuaginta aureorum mil-
lia in eas expendenda legauerit. Vt
ad eò memoria tanti Comitis inter-
mori non possit post familiam omnè
extinctã, cuius liberalitas in tam mul-
tis sacrarum ædium tholis consecra-
ta visitur; & manibus pauperum in
cælum vsque sublata est.

Henricus XIV. Sed quis enumeret omni-
Canisius um legata? nemo ferè paulo opulen-
Ingolsta- tior Sodalis diem obit, quin religio-
diensium farum causarum memor testamento
benefa- aliquid relinquat. Omissis cæteris
lor, committere non possum, vt silen-
CIO. IO tio inuoluam Clarissimum Virum
EX. Henticum Canisium I. V. Docto-
rem & Primarium in inçlyta Acade-
mia Ingolstadiensi Professore. Hic
enim moriens omnium suarum fa-
cultatum ex asse hæredem instituit
Congregationem Maiorem Acade-
micam. Quod eo pluris faciendum
est, quod & soror & cognati alij non
deessent, quibus id officium negare
vix debuisset vel certè potuisse vide-
retur. Vixit vitam totam cælebs
mag-

magna apud omnes opinione perfectæ virtutis & prudentiæ insignis : eruditio viri libris sat multis in lucem editis orbi iam notior est, quam ut à nobis lucem expectet. Iam quæ è misericordiæ fontibus in alios derivata sint à Sodalibus opera porro videamus.

CAPVT XIII.

PAUPERIBVS VI-

ctum vestitumq; suppeditant.

Opera, quibus bene fit alijs partim animi malis succurrunt, partim miseras corporis subleuant : de vtrisque sequentibus aliquot capitibus Sodalium studia in mediũ proferemus. Multa iam alibi retulimus cum de moribus Sodalitatum quarundam seorsim perscripsimus.

l. x. s. 9.

I. Toleti Sodalitas est, quam Ammissi pueri IESV nominant. Hi singulis mensibus binos è suo corpore deligunt, qui partiti inter se vrbs paroc-

Inquirunt pauperes
CIC. 13
LXXXV.

Q 6

cias

cias de inopis cuiusque indigentia cognoscunt, & opportunis auxilijs opitulantur. Et cum Sodalitas ipsa vectigal nullum habeat, corrogati tamen eleemosynis plus mille pauperum anno vno egestatem sublevarunt. Panormi quoque è Sodalibus vnus destinatur, qui pauperiorum nomina in tabellis habeat, quibus in singulos dies stipem elargiatur. quo bono etiam Nobiles adiutantur, quos à mendicando pudor absterret.

CID.
IDCV.

*Epulis
excipiunt.*

CID. ID
LXXXV.

II. Confluentia quidam cum alia in alios conferret egenos, tota Quadragesimâ sex Auditoribus, quibus angusta domi res erat, quotidiana cibaria submisit. Quod statis hebdomadæ ferijs ad imitandum alij quoque sumpserunt.

CID. ID
CIX.

III. Sodales ad S. Gregorij in Mexico bis in anno plus trecentis surgentis pauperibus epulum dedere, vestes aliaque inter eos diuisere. Vilenenses quoque triginta studiosos, qui alienâ misericordia vitam tolerant, solenni epulo exceperunt. In con-
clau

clauē peristron atis vestitū exqui- CIO.
 sitissimæ dapes auro argentoque illa. IOXC.
 tæ, Domini vicem famulorum subie-
 runt, ipsi cibos coxerunt, ipsi accum-
 bentibus ministrarunt.

IV. Oeniponti Ciuis honestus CIO.
 postquam in Sodalium album rela- IOXCVI.
 tus est, Dominicis Festisque diebus
 duos pauperes in honorem B. Virgi-
 nis mensæ semper adhibuit.

V. Sodalitas Marcenensis in Bæ- An. CIO.
 tica sæpius anni decursu pauperibus IOCVII.
 dat epulum, atque vt à tanto mune-
 re nullus eximium se faciat magni
 nominis Comes Sodalium Cory-
 phæus præit exemplo, depositoque
 gladio & pallio; capite aperto scu-
 tellas & lances cibus implet, Sacer-
 dotibusque Sodalitatis tradit, vt illi
 discumbentibus inferant: nec enim
 in se tantum dignitatis agnoscit, vt
 ipse per se fercula possit apponere.
 Atque vt cognoscas è qua officina
 hæc animi demissio prodierit, dicam,
 quod suo loco sciens omiseram. Idē
 Comes bis diuersis anni temporibus

Sacerdoti
 rerum
 medica-
 rio fons
 virtutis
 est.

Q 7 in

in sacra adyta piarum commentationum se ingenti suo fructu abdidit; tanta sui abiectioe, ut sella uti noluerit, sed in cæmentitia quadam parietis proiectura confederit, domum scopis mundarit, nec veritus sit bonam temporis partem in Religiosorum illorum, ad quos se receperat, vestibis discissis reficiendis infumere. Ita videlicet hæc inter se connexa sunt: *Divina speculari, se abijcere, naturâ nobis proximos amare & adiutare.* Sed non fuit hæc nova illius Comitis virtus, multis antè experimentis comprobata. Nam cum triennio antè grauis annonæ caritas urbem affligeret, ille eam difficultatem elemosynis suis temperavit: bis pavit vinctos in carcere, semel in Societatis Collegio confluentibus mille circiter egenis panem singulis distribuit.

CIO.
IXCV.

CIO.
IXCVI.

VI. Vxorem domum ducturus Sodalit Brunensis Vir diues atque eruditus, felicissime nuptias auspiciatus est. Nam cum pro more sacris epulis

epulis prius accubuisset, triduo post trecentos egenos benignè admodum mensa excepit, quibus ipse & sponsa epulis subministrandis interuierunt.

VII. Pultouienses vacationum diebus priusquam animi relaxandi causa progrediantur ad campos, solent pro scholarum vestibulo conuenire, factaque ibi arbitraria, ut cuiusque fert facultas, pensione, coemptisque inde panibus cunctos undique pauperes reficiunt, simul rudimentis doctrinae Christianae eos imbuunt. Nec iam pudet sequi è Clero viros, qua pueros cernunt tanta alacritate praecedere.

VIII. Nec pro se quisque stipem liberaliter conferre satis credunt; ad aliorum quoque misericordiam excutiendam domos obeunt, & quod pauperibus erogent, submisse colligunt. Fecerunt id Episcopi auctoritate Sodales Malacitani duobus cuiusque hebdomadis diebus assignatis, corrogatamque eleemosynam

CIO. CCC.

Mendicant pro pauperibus.

CIO.

DCVIII.

CIO. [13]

LXXXVI.

dic-

diebus Dominicis distribuerunt. Solo Pentecostes die panes mille & carnis libræ quingentæ pauperibus tributa sunt. Idem à Recinetensibus factitatum, cum fame vrbs laboraret. Cuius rei fama Perusini permoti, duos è suo numero ad Recinetenses legarunt, qui eorum nomine cum his tam pij operis Societatem inirent. Salsari consimilia factitata sunt.

CIC.

I0CVIII.

CIC.

I0CIV.

IX. Sed in hoc genere Granatensium industria eminuit. Rem & piè & magno bono gestam vberius referant. Cum hi animaduernerent plures ex ijs, quibus olim honesta res erat, extremâ panè indigentia laborare; subijt illico mentem horum egestatem collectitia stipe subleuare. Arrisit consilium: proxima nocte lustrant urbem, & contenta voce viduum, alendo inopi verecundo precario exposcunt. Successit res. postri die ad Sacerdotem Societatis de eare referunt. Qui Proepiscopum iubet adiri & facultatem ab eo impetrari: rem sibi tum vtilissimam, tum
Chri-

Christianis dignam hominibus vide-
 ri. Exiguus hic fons adeo se vberes in-
 riuos effudit; vt præter bisseuos Sa-
 cerdotes, locupletes viri circiter sex-
 ageni in id operis serio incumbant.
 Triginta ferme ex ijs, dato Salutatio-
 nis Angelicæ signo, Mercurij Sabba-
 thiq; diebus eandem in domum coë-
 unt. Hinc quini per vias publicas di-
 stribuuntur. Vnus è quolibet cœtu
 cistam humeris portat, quam reliqui
 vicissim subeunt. Alter qua potest
 contentione, eleemosynam ad inge-
 nuos pauperes cibandos exorat. Res
 felicibus auspicijs cæpta, ita Dei ope
 prouecta est, vt mensium non am-
 plius septem spacio, plus mille aure-
 os coaceruauerint. Populus non mi-
 nori plausu, quam admiratione, exi-
 miam Sodalium charitatem profe-
 quitur: dum homines benè numma-
 tos sericis ac damascenis amictos, ad
 aliorum salutem ita feruidos agi fer-
 rique cernunt. Decursis celebrari-
 bus vijs, cuncti ad Præfecti ædes se
 conferunt; vbi collatæ pecuniæ, re-

*Modus
 stipem
 corro-
 gandi.*

rum.

rumque cæterarum inita ratione, subductam summam ad Proepiscopum sequenti luce ferunt, orantque uti inopes sibi nudosque præscribat, quibus ea sit pecuniarum vis eroganda. Ille peculiare designat tribus, in quarum pauperes ægrosque Parochi ipsius interuentu distribuitur. Porro coactæ stipis caput ad calculos reuocatum, argenteos modo triginta, modo quadraginta supra centum sæpenumerò conficit; subacti præterea coctiq; frumenti libras aliquando quinquagenas. Verum enimuerò Christi Natalis peruigilio, cum ob diuturnam temporis siccitatem, pluuiæq; defectum, fames Grænatæ sæuiret; tanta tamen populi totius pietas, tanta effulfit commiseratio, ut ex numerata pecunia trecentos sexaginta sex argenteos; ex panibus verò ducentas triginta septem libras Sodales eadem nocte conflauerint: præter maximam farciminis, petasonis, fructuum pomorumque copiam.

X. Huc.

X. Hucusque Sodalium industriam; nunc conferentium promptitudinem, omniumq; ordinum approbationem videamus. Quidam cum pecunias offerrent omnino nullas, gladios quibus erant succincti, inter ipsa verba collacrymantes dederunt. Alius argentea conspicilia; pileum alius à capite detractum, in fiscinam magno animi sensu iniecerunt. Alios denique, dum inter cœnitandum prætereuntium clamorem excipiunt, ipsa eleemosynæ vox imis infixæ præcordijs penitus impulit, vt omnia ad cœnam parata in pauperum sportulam piè ac liberaliter cõferrent. Præter hæc bonus Christi odor, quem ex se tanta Charitas emit, ita longè latèque diffusa est, vt in hominum peætrans animos, partim acerrimis eos conscientiæ foderit st. mulis, partim à turpi voluptatum cæno deterruerit. Quidam impudicæ mulierculæ ita se diuturno consortio addixerat, vt plurimorum conatus faceret irritos, qui

*Ciuium
in confe-
rendo
prompti-
tudo.*

*Multorum
animis
prodest
ea men-
dicatio.*

cum

eum ab impura Societate frustra di-
 uellere nitebantur. Hic dum infelix
 scorto noctu potitur, Sodalis clamo-
 res illac casu, seu diuino potius con-
 silio præteruecti, ac miseris cibaria
 petentis exaudiit. Mox subito perfu-
 sus horrore: *Hi*, inquit, *in cœlum ala-*
ces pergunt. Nos recta ad inferos cõ-
tendimus. Hæc cogitatio adeo men-
 tem acriter pupugit, vt pellicem pro-
 tinus tutum in receptaculum dimi-
 ferit, & lasciuientis corporis motus
 seueriore deinceps disciplina com-
 presserit. Alius fœminæ, qua abuti
 consueuerat ad libidinem, panem
 carnes numosque sub idem tempus
 deferebat. Sed obuiam repente So-
 dalibus factus, eorumque vocibus à
 proposito retractus, omnia in cistam
 absque cunctatione deuoluit: *Præ-*
stat, inquit, *hæc Deo, quam demoni*
conferre; pedemque simul cum men-
 te in posterum retulit. Alius turpem
 quadriemij consuetudinem, eodem
 ductus exemplo abiicit. Alius deni-
 que, qui litem parenti illaturus ad
 Gra-

Granatensem curiam aduenerat, Sodalium in alienos charitate edoctus, didicit tandem, quam ipse in suos pietatem retinere deberet. Quid multis? tantum valuit ea Sodalium charitas, vt è Turcarum fæce ancillâ quandam ad Catholicæ Religionis sacra permouerit. Sic enim cogitabat illa, haud dubio veram eam religionem esse debere, in qua tanta erga inopes abiectosque charitas exerceatur. Quanta autem omnium approbatione res gesta sit, facile notabit qui expendit, quot quantisque miserijs & ærumnis sit hæc vna ratione subuentum: quot, ne diuinum numen iactura pudicitix læderent, fame panè confectæ, insperata nouæ lucis vsura respirarint; quot in matrimonium honesta ratione collocatæ sint, quæ prius publicè omnem pudorem prostituerant. Laudauit Archiepiscopus, mirificè approbaverunt Regij Auditores, celebrarunt per omnia templa Religionum diuersarum Concionatores egregij.

Pro-

*Omnium
Vocce comprobatur.*

Proepiscopus in hæc admixta lacry-
 mis verba prorupit: *Vel ob id unum*
hoc me munere fungi gaudeo, ut tan-
tum opus, quàm consilio, quàm auctoritate,
quàm incitamento longius proueham.
 Non eget meo factum hoc encomio:
 illustrius est, quam ut verbis prædi-
 cetur; imitatione maximè celebrabi-
 tur.

Nudos
Gestiant.
 CIO. IO
 XCIV.

CIO. IO
 LXXXVI.

XI. Vestitu quoque malè tectos
 amiciunt Sodales. Oeniponti egen-
 tem quendam atque seminudum ho-
 minem Sodalis sibi suo pallio detra-
 cto contexit. Idem à Bariensi aduer-
 sus piscatorem præstitum, cum hic
 amisso indumento in litore nudus
 verecundaretur ad urbem redire.

CIO. IO
 LXXXIV.

Similia à Coloniensibus & Her-
 bipolensibus facta inuenio. nimirum
 vnus ille Spiritus, qui Sodalitates o-
 mnes vegetat, ad paria facienda So-
 dalium mentes exuscitat. Ad quo-
 rum alia Misericordiæ ope-
 ra percensenda tran-
 seamus.

CAPVT XIV.

CAPTIVOS PERE-
grinosq; adiuuant.

Vinculis detentos varijs officijs *Vinculis*
profecuti sunt, alios inde exi- *eximunt.*
mendo, alios re, nonnullos consilijs
adiuuando.

I. Congregatio Equestris Valen- CIO. IO
tina anno vno liberauit nexu obara- XCIV.
tos trecentos sexaginta sex : anno CIO. IO
post vno quadringentos triginta no- XCV.
uem: tum consequenti, trecentos se- CIO. IO
ptuaginta. Quo etiam anno Hispa- XCVI.
lenses Sodales plus mille homines è
carceris squalore eripuerunt. Gan- CIO. IO
diæ aliquanto post soluti vinculis
Sodalium opera ducenti; & iterum CIO.
centum quinquaginta. Eodem anno IO CIII.
à Chuquisaquensibus centum tri-
ginta è vinculis exempti memoran-
tur.

II. E Catacensi Sodalitio Opti- *Vinctos*
mates quique frequenter carcerem, *inuifunt*
inuifunt, suppetiasq; miseris afferunt. *aspasunt.*
Id

CID. IO Id singulis hebdomadis more iam re
LXXXVI. cepto fit Valentia. Idem præstant A
requipenses in Peruanis Sodales.

CID. IO III. In Eborensi Sodalitate Iuue
LXXXIIX nis amplissima fam lia cum commu
nibus suffragijs Præfectus Sodalitio
CID. fuisset, nihil sibi prius faciendum ra
IDCIII. tus, quàm vt cum delecta Sodalium
manu lautos humeris cibos conue
ctaret, ad miseros in carcere reficien
dos, ciuitate tota ad murmurante.

CID. IV. Burdigalensium quoque in
IDCX. hoc genere virtus alijs facem ad imi
tationem præluxit. Carcerem illi ad
hunc modum inuisunt. In ædes sena
toris alicuius conueniunt causidici,
mercatores, scholastici Sodales; at
que quod quisque in miserorum sub
sidium elargiri constituit, ibi in vnu
conferunt, ea alacritate, vt ad quin
quaginta aureos subinde colligan
tur. Inde vbi ad ergastulum ventum
est, habetur ab vno Sodalium eo que
fermè Sacerdote accommodata ad
vinctos hortatio; sub quo viritim cui
que eleemosynam impertiuntur.

Tum

Tum si quid in commune consulendum est, quod in eorum solatium sit, id strenue conantur. Si quis modica summa redimi potest, è vestigio manu mittitur. Illi ipsi impetrarunt ab Archiepiscopo, vt inter septa carceris sacris operari liceret, ne tanto etiam bono priuentur vincti: in eam rem suis sumptibus facellum extruxerunt.

Sacris eos procurant.

V. Cordubæ illud insuper adiectum, vt statis diebus animis expiatis ad sacram synaxin vincti admittantur. Interfunt ad rei celebritatem augendam solenni sacro ipsi Magistratus & Sodalium aliqui, qui deinde epulo illos excipiunt. Qua in vrbe hoc præterea institutum est à Sodalibus, vt mense ineunte destinetur vnus vinctorum litibus procurandis. Quem etiam in finem quibusque diebus Sabbathi, quo die carcer à magistratibus inuisitur, mittuntur illuc duo, Iurisperitus alter, Curatus alter, qui nomine Sodalitatis pauperum causas agât. Hoc verò quo efficacius

CIO. IOCI II.

Causas eorum agunt.

R com-

commodiusque fiat, seni aurei singulis hebdomadis à Sodalitate impensarum ratione constituuntur.

CIO. VI. Astigitani Clerici Sodales
DCIV. ollas & fiscellas cæteraque ad epulum necessaria per vias publicas humeris sublata ad carcerem alacres comportant.

CIO. IO VII. Quod de Iurisperito dictum
LXXXIX. est Cordubæ fieri solitum, idem in se munus pauperum defendendorum. Syracusis Iurisperitus quispiam suscepit: maiore sine dubio animi solatio, quia integrius ibi causa defenditur, ubi aurum oculos non perstringit.

*Ad morum
emenda-
tionem
reducunt.*

VIII. Ad vincitorum numerum miseranda illa turba pertinet, quæ remigio triremium adiudicatur; genus hominum proiectum ad omnem nequitiam, furtis, fraudibus vitam consolatur suam. In hos quam benigni Toletani Sodales fuerint, audire placet. Magno numero è toto regno Toletum ducebantur. Euenit autem ante id tempus, ut cum cate-

An. CIO.
DCVIII. nati

nati longo agmine per urbem deducerentur, nihil ab eorum rapacitate immune haberetur: ut propolæ tabernas suas clausas haberent, omnes sua accuratè seruarent. Multi longo itinere defatigati cum pedibus vi annuli ferrei exesis incedere non valerent, capite abscisso pecorum ritu sine sacris abijcerentur, stratiq; per agros insepultique canibus ac volucris pabulum præberent. Commouit tristis facies Parthenios, atque ut quæ dicta sunt incommoda porro euitarentur, operam sedulam dederunt. Instante profectioe victu vestituq; miseros adiuuerunt. Erant eo anno octoginta quinque ad transstra damnati, omnes confessione lustrati, plerique sacro epulo refecti sunt. Sacerdos vnus è Sodalitate suffragijs communibus delectus, toto itinere illos profectus est, ut agros curaret, oppressos leuaret, reos à noxis absolueret. Ibant omnes modesti, demissis oculis, volentes manibus calculos precatorios, ore

animoq; Deiparam salutabant. Nullus in foro officinam clausit, nemo rapinam timuit; concursus populi magnus, maior nouæ modestiæ admiratio, Sodalium tanti boni auctorum maxima commendatio: deniq; toti ciuitati spectaculo fuerunt. Cardinalis Archiepiscopus transeuntes spectauit, benè preceatus benigneque iisdem fecit; totaque illa nocte lacrymis obortis de nulla re alia, quàm insolita reorum virtute sermonem intulit.

CIP. ICV. IX. Panormitanis idem studium est, ad morum emendationem adducere illos, qui extremo supplicio affiendi sunt. Nam vt primum cuique dies dicta est, statim in sociorum numerum adsciscitur: inde ab iisdem socijs horarum vicissitudine mutatis operis inuisitur, ad fortiter moriendum animatur, ad culpas eluendas inducitur: vt Nobiles Sodales, quorum curæ vltimo triduo committi solent rei, fateantur iam nihil sibi laboris restare ad reorum cultum, ita à
Par-

Parthenijs instructos paratosque in manus suas peruenire.

X. Iam illos quibus proprii lares *Patriæ aut domo extorres recipiunt.* nulli sunt, benevolentissime sub teta sua deducunt, aut in publica Xenodochia deportant. Friburgi Nui-thonum Sodalis aduenam egestate morboq; confectum prehensa dextera domum abduxit, eumque victu cæterisque rebus ad curationem necessarijs liberalissime semper habuit, dum exacto mense è vita domoque abiret, tam bono hospiti *Tabernaculum æternum* paraturus. Aletinus a- *CIO. IO XCII.* lium vlceribus foedum & sordibus squalentem, è medio foro humeris sublatum in Xenodochium deportauit. Duaci scabie luridum è plateis *Eodem.* cubiculo suo lectoq; proprio excepit, humanissimeq; fouit.

XI. Neapoli Sodalis Nobilem *CIO.* iuuenem à parum honesta vitæ du- *IO CIII.* cendæ conditione beneficio suo abstraxit. Nam cum ille aleatores domum receptaret, vt quale quale lucellum inde sibi compararet, & vitã

inopia afflictam leuius toleraret. promisit ei Sodalis, se abunde omnia suppeditaturum, si ab infami quæstu discederet. impetrauit, quod voluit; quòdque promisit accuratè præstitit, & necessaria largiter subministravit. Eâ hominis non valde opulenti liberalitate permotus Iuuenis, vt cum cura atque onere in posterum leuaret, vtque sibi in futurum prospiceret post aliquot menses in Capucinorum familiam se recepit.

XII. Huc referri possunt Barienses Sodales, qui viduam parua in re, numerosa cum prole miseram benignè adiuuerunt. Nam & familie inopi de facultatibus suis non magnis aliquid opis attulerunt; & cum vitio parietis domo fatiscente non exigua muri pars corruisset, illi suis met manibus operam impenderunt, vt paries iuxta atque familia afflictâ assurrexerit. Hæc illi vinctis atque tecto carentibus præstiterunt: ad ægros nunc visamus; vbi quasi in diuerticulo prolixum Romanorum Soda-

Sodalium charitatem è literis Primariæ Congreg. ad Ingolstadienses spectauerimus. Item illi sic narrant.

XIII. Octoginta ferè Poloni à
 triremibus Hetruscis è Turcarum
 seruitute erepti post tertium aut
 quartum lustrum à plerisque eorum
 in tam miseranda captiuitate
 transactū ad Urbem peruenerunt.
 Cùm verò ad unum è Patribus Societatis eiusdem Nationis, qui in
 Basilica Vaticana Pœnitentiarii
 munere fungitur multi ex iis accessissent,
 ille per humaniter exceptos in fide diligenter erudiit. Cùmq; ferè
 omnes sacra Cōfessione expiasset, operam dabat, ut ad sumendū
 sacratissimum Christi corpus se compararent. Verùm animo augebatur
 eò quod tridui spacium, quod hospitio peregrinorum in Xenodochio
 S^{mæ}. Trinitatis Conualescentium prescriptū est interim præterierat.

Scribit tandem cogitatio ad opem
 nostram confugere. Nos autem pro-
 uincium hanc huiusmodi calamita-
 tosis hominibus opitulandi, licet ar-
 duam libenter amplexi capimus ea
 qua ad spiritualem, & temporalem
 illorum necessitatem subleuandam
 opportuna videbantur, sedulo
 preparari. Cumq; generalis synaxis
 in Ecclesia Sancti Spiritus, qua in
 postremum Dominicum diem men-
 sis Nouembris indicta fuerat pro
 more Sodalitatis immineret dedi-
 mus operam diligenter, ut se ad il-
 lam compararent nostram opem
 polliciti quo magis ab omni tempo-
 raliu reru cura absoluti in id
 tota animi contentione incumbere-
 rent effecimusq; Dei auxilio fauen-
 te ut omnem aliam cogitationem
 abijcerent. Die sequente summo
 mane omnes ad Vaticanam Basili-

cam

cam conuenerunt, ubi Pater Pœni-
 tentiarus post nouissimam culpam
 expiationem ad eos de sacra Eucha-
 ristia sermonem habuit patria lin-
 gua: Omnes deinde cum Crucifixo
 litanias canentes suæ gentis idio-
 mate ad eadem Sancti Spiritus se-
 contulerunt tanta cū pietatis signi-
 ficatione ut multis occurreret etiã
 lacrymas excitarent. In Ecclesia
 vero unus post alium recto agmine
 collocati cum fidei contritionis, &
 humilitatis signa exhibuissent ab
 Illustrissimo Alexandro Cardinale
 Ursino, qui iam pridem populum
 communicabat sacrum Christi cor-
 pus acceperunt omnibus illorum pi-
 etatem & animi demissionem ad-
 mirantibus, ibidemq; gratias agen-
 tes eodem ordine dispositi per longũ
 temporis spatium permanserunt.
 Interim Sodales aliqui iussu nostro

mensas illis in porticibus adiu-
 parauerunt ubi nobis ministranti-
 bus accubuerunt cum interim quā-
 ta letitia affecti essent propter cha-
 ritatem sibi exhibitam lacrymis e-
 tiam manantibus profiterentur.
 Prandio completo ad Ecclesiā San-
 cti Spiritus, & inde ad Diui Petri
 redierunt ubi gratijs agendis totam
 illam die consumpserunt. Die luna
 ad oratorium nostrae Sodalitatis in
 Collegio Romano conuenerunt; in-
 de ad Diui Andrea Apostoli, ut vi-
 sitarent corpus B. Stanislai Poloni
 è nostra Societate progressi nobis, &
 Sodalibus aliquot eos comitantibus
 cum sacculis, & thecis ad eleemosy-
 nas pro ijs conguerendas ibi mag-
 nam praecipue deuotionem ostende-
 runt precibus pro Rege, & Regno
 Poloniae feruenter effusis. inde bini
 incedentes sicut antea ad adem Iesu
 ubi

ubi ad corpus S. Ignatij & ad alta-
 re S. Francisci Xaverij precati sunt,
 se contulerunt egredientibus vero
 panes ubertim dispensauimus ad-
 monitis ut postera die adessent rur-
 sus Vaticanam Basilicam visitatu-
 ri Die Martis Missæ sacrificio audi-
 to ad Sodalitium reuersi, & solito
 agmine incedentes cum hymnis, &
 canticis per frequentiores Urbis vi-
 as inceserunt simul cum Sodalibus
 elemosynas postulantibus quas ne-
 mo ferè erat qui non libenter offer-
 ret adeo illorum aspectus pietatem,
 & charitatem omnibus excitabat
 Die Mercurij cum putaremus eos
 iam ex Vrbe recederi posse, & idcir-
 co in Sodalitium redire iussissemus
 ut inde eos vsque ad B. Virginis æ-
 dem ad Portam flaminiam comita-
 remur ubi elemosynas singulis di-
 spensare decreueramus, oportuit

pro-

perfectionem differre, cum omnia
 necessaria pro illorum usu non a-
 dessemus idque, ut postea apparuit fa-
 ctam non sine peculiari Dei provi-
 dentia. Interea cum Patres Romano
 Collegio praesidentes eleemosynam
 panis largam preparassent illos in
 Oratorio Sodalitatis accumbere fe-
 cimus ceteris omnibus ad id neces-
 sariis repente praeter expectationem
 nostram illatis. Patres autem Socie-
 tatis, & viri Nobiles Sodalitatis
 complures in ministerio illorum cer-
 tamen inter se charitatis habuerunt.
 Post epulas optimum factum censui-
 mus ab illis ut veniam peteremus
 quod charitas nostra defecisset, nec
 eam quam debebamus sedulitatem
 in eorum obsequio praestitissimus,
 utpote cum personam Domini No-
 stri Iesu Christi nobis exhiberent.
 Petimus igitur nobis ut liceret il-
 larum

lorum pedes osculari ad nostrum
 crimen expiandum. Quod illi pe-
 nitus recusantes nunquam nisi ius-
 si. & penè compulsi ut concederent
 adduci potuissent. Verum id factum
 tanta illis spiritum compunctionis
 ingessit ut ubertim flentes in ter-
 ram se prosternerent ne humilitate
 à nobis superarent. Satis constat ex
 relatione virorum nobiliū qui Polo-
 norum Romæ Xenodochio presunt
 decē ex illis natione Ruthenos Græ-
 corum schismate infectos statim ut
 domum peruenierunt ingenua pro-
 lapsos peruicacia sua veniam peti-
 isse (quippe antea obdurato animo
 sacram confessionem respuerant) &
 tanta charitate compulso Ecclesie
 Catholica unitatem se velle ample-
 cti affirmare nec polliciti fides ab-
 fuit, nam eodem die ad Patrem Pœ-
 nitentiarium sua gentis in S. Petri

Basilica accesserunt. Die Iouis cum festum S. Andreae Apostoli celebraretur ad sacram communionem in Oratorio quo à nobis hosterna die fuerant inuitati conuenerunt omnesq; etiam ii qui Die Dominico abstinnerant communicarunt. Deinde eos solita verborum formula amplectentes cum multis charitatis indicis in fratres Sodalitii recepimus & ad participationem indulgentiarum ac meritorum admisimus, quod valde se edificatos, & spiritali consolatione affectos ostenderunt. discedentes autem Prælati unus expræmarius Urbis proceribus pane affatim suis manibus donatos dimisit cohortatus, ut vesperi redirent ad disciplinam ad quam venerunt agminatim bini multis Sodalium comitantibus. Enim vero nunquam huius sacro conuentui tam præsens visus est.

est gratia S. Spiritus caelestium donorum affluentiam infudisse tantus pietatis fervor tanta Spiritus commotio in omnibus apparuit nullus ut fuerit qui siccis oculis inde egrederetur. Id vero egimus isq; menti nostrae propositus fuit Scopus ut illos in Catholica fide confirmaremus, Id circo initio prae monuimus illam voluntariam corporum castigationem pro patris illorum regionibus pro infidelium conversione & pro haereticorum ad sanctae Ecclesiae gremium reductione suscipere ad quae etiam finem se facturos Sodales alia pietatis opera sponderunt. Disciplina autem tempore pro Psalmo quinquagesimo symbolum Apostolorum recitavimus sapiusq; ferventes contritionis actus, & propositum in Catholica fide vivendi, & moriendi iteratum fuit

cum illi palam obtestarentur cum
 lacrymis, & clamore valido fidem
 suam alligarent sed qui diuis perpeti
 paratos esse potius quam Apostoli-
 cam fidem deserere. Per acta disci-
 plina cum crucifixum inter faces &
 funalia accensa ad adorandum pro-
 staret, id illi tam pulcro ordine &
 tanta cum deuotione prestiterunt,
 ut omnibus admirationem incute-
 rent. Nec defuit vnus è Sodalibus,
 qui impulsus ut apparuit commo-
 tione spiritus vehementi contineri
 non potuit, quin se in terram abii-
 ceret ac flexus coram omnibus Deum
 precaretur ut sibi parem spiritus
 feruorem, & pietatis ardorem con-
 cederet. Quae res adeo vniuersam
 Sodalitatem commouit ut certa-
 tim omnes Christianae charitatis si-
 num effuderint pro usu pauperum
 illorum non nummorum tantum,
 sed

sed etiam rei vestiariae & cibariae
ingenti copia in stipem collata quā
Sodales quatuor, quibus id negotii
datum fuerat collegerunt.

Die Veneris mane in Oratorio
presto fuerunt, & cum Missa sacro
interfuerunt ad Vaticanam Basili-
cam pergere coeperunt litanias pa-
trio sermone canentes quō eos ten-
dentes populus in itinere larga stipē
donavit. Ad Ecclesiam ubi perue-
nerunt septem altaria magna cum
deuotione visitarunt, & praecipuē
ad aram S. Apostolorum proposi-
tum renouarunt in Catholica Reli-
gione moriendi adiacentes se spem
habere illam quam Dei ope inter
barbaros inuiolatam custodiissent
facilius in patria inter homines Ca-
tholicos seruaturus, unumq; ex iis
vidimus sex cicatricibus ex toti-
dem vulneribus pro sancta fide il-
latis

latis insignem. Interim elemosyni
 Sanctissimi Domini nostri proco
 rauimus eis que in Pontifi. ii. Palati
 atrium productis benedictionem
 impertiri fecimus quam illi genu
 flexi magno cum gaudio acceperunt.
 Extra deinde portam Angelicam
 progressos, & tunnatim dispositos
 prandio excepimus vestes postea &
 qui nos argenteos denarios ex stipe
 collectos una cum panis ingenti
 quantitate quem vnus ex Sodali
 bus magna cum diligentia ad hunc
 usum confici curauerat singulis di
 stribuimus, & amplius vini quan
 tum pro viatico aliquot dierum sa
 tis esset. Verbis explicari non potest
 quanta cum letitia ad suos lares di
 scernerint identidem pollicentes se
 tantam charitatem quam in Vrbe
 experti fuerant palam predicatu
 ros. Itaque speramus fore ut ab hisce

bonis viris in patriam reuersis ali-
 quis fructus sit Deo iuuante in san-
 ctam Ecclesiam deriuandus. Dimi-
 simus igitur eos in pace admonitos
 inter cetera vt in itinere deuotè in-
 cederent, vespere, & mane litanias
 canerent interdum vero alia pietatis
 opera interponerent, vnumque ex
 suis eligerent, qui hisce rebus praef-
 set. Vrbes ingredientibus ea prima
 cura vt esset Ecclesias adeundi, de-
 inde aliqui ex iis selecti elemosynis
 conquirendis operam darent De-
 mum vt in sancta aede laureta-
 na ad communicandum
 se disponerent si-
 gessimus.

CAPVT XV.

ÆGROS MORTV

osque curant.

HAbent hucusque recensita calamitates humanæ vitæ, ut ferè quorumuis animos ad cõmiserationem inflectat, maximè vero eorum qui sanguine aut fœdere aliquo cõnecti citius sentiunt, quod alios premit neque id molestiæ fermè quicquam habet; facultatem tantùm iuuandæ necessariam requirit. Ut nemini rum videri possit, Sodales in leuandis aliorum miserijs alacriores fuisse cum & homines se meminissent, & præ alijs virtutum exercitationi se dedidissent. Sed morbidorum ægrorumque tota cura molestiam non mediocrem secum apportat. Tristis decumbentium adspectus, gemitus & querulo si eiulatus animum nostrum contrahunt, & mœrore simul inuoluunt; grauis deinde odor & squalor tristior sordesque, paulò de-

*Ægrorū
difficilis
est cura.*

licatiorem stomachum facile mo-
uent,nauseamque pariunt:vt absens,
quàm præsens, malis auxilium affer-
et:ac magnæ virtutis est , molestias
morbi negligere & afflicto succurre-
re. Quo in genere, si qua alia in re ex-
celluerunt semper Parthenij, vt ma-
iorem à parentibus exspectare non
possint, qui Sodalium curam experti
sunt. Exempla quotidie in oculos se
ferunt; pauca è multis afferam. ali-
qua supra leges.

I. Nieuisij in Polonia quædam
Sodalitas aduigilare instituit, ne æ-
groti sine Sacramentorum percep-
tione moriantur. Palentia Sodalitas
Misericordia instituta est, quæ cu-
ram suscipit ægrotorum, quos pre-
mit egestas & ratio dignitatis ab ho-
pitali domo deterret. Inuisunt ægrû
Nobiles quotidie, victumque
medicamenta afferunt. Medicus
quoque gratuitus hominem quam
diligentissimè accedit, omnibusque
officijs complectitur.

II. Medicum voluntarium è So-
dali-

l. l. c. 5.
& 6.
CIC. IC
LXXXVI.
CIC.
IXCVI.
inuisunt
ægrôs.
CIC.
IXCV.

dalibus Syracusani quoque habent. Toleti Solenne est, vt Præfectus Sodalitij Pueri Iesv cum Medico & Visitatoribus, vt vocant, singulis hebdomadis ægrotos inuisat, atque animis corporibusq; medicinam commo-
 modam adhibendam curet. Panormitani & medicum suis expensis, & ministrum ægris conducunt.

C13.

13CV.

C13.

13XC.

III. Commemorandus hic est Villagarcienſis Sodalis tum rebus alijs, tum aduerſus infirmos pietate inſignis. Hic à puero ſtudijs Mauortij innutritus, anno demum ætatis triceſimo quarto ad Muſicum ſtudium applicauit animum; nomenque inter pueros Sodalitati dedit, ac paulo poſt præfuit, commodis omnium intentus. Nullus in eo oppido fuit æger (fuerunt autem plurimi) quem non acceſſerit, & allocutione aut re adiuuerit: quare paſſim ab omnibus aduocabatur. aderat, aduigilabat, medicum adhibebat, medicinam de ſuo curabat: quin & hortum conduxit, vt haberet ad manum ſalubres

re habent
fectus Se
dico & V
ngulis heb
atque ani
nam com
et. Panoc
pensis, &
nt.
lus hic est
m rebus a
s pietate
ijs Mauor
um ætatis
ficum stu
; nomen
i dedit, ac
nodis om
eo oppido
a plurimi
locutione
im ab om
, aduigila
, medici
& hortum
anum sa
lubres

lubres fructus iucundosque gustui
ægotantium.
IV. Habuit & Germania Sodalitio
lem in talia opera penè effusum. Ful
dæ ad Religionem orthodoxam à
primis initijs Collegij Societatis ibi
dem erecti traductus, integerrimi
Christiani officium iam inde vsque,
præclare sustinuit, pro religione ver
beribus malè mulctatus, & tres libe
ros libens volensque Deo in sacra fa
milia consecrauit; pauperum & le
proforum cura infatigabili semper,
ita vegetus, vt sua necessaria post eo
rum commoda duceret. Itaque cum
stipem illis magnam haud rarò con
fecit, tum leprodochij à fundamen
tis inchoandi, atque eius quod à S.
Catharina nomen habet restaurandi
auctor fuit. Vita demum functus ho
nestissimo funere elatus à Sodalitio,
& vt Pater pauperum defletus est.

V. Hæc illi infirmis officia ex
hibent eorum in ædibus. Sed neque
valetudinarijs atque Xenodochijs
operâ suam deesse patiuntur. E Poto
sina

CID.
IDCVII.

Hosoco
mim in
seruiss.

VII. Funerum quoque effere- *Funera*
 dorum curam Sodales plerisque in *efferrunt.*
 locis in se susceperunt. Quod celebri
 pompa in pauperum iuxta ac diuitū
 exequijs faciunt. Ac nobilissimi qui-
 que certant, vt feretrum egenorum
 humeris efferre possint. Cuius rei
 præclarum exemplum retulimus li-
 bro superiore. Quæ res magni exem- *6. 4. §. 2.*
 pli est, & ad Sodalitatum commen-
 dationem multum momenti habet.
 Ingolstadij certè cum ea Sodalitas,
 quæ inter ciues instituta est, princi-
 pio difficultatibus quibusdam obse-
 pta non longè processura videretur,
 vnius Sodalıs funus solenniore pom-
 pa deductum, reliquos animauit, vt
 certatim eo admitti orarent, vbi
 mortuorum quoque honorem cele-
 brari videbant.

VIII. Fuldæ quidam vita exces- *CIO. IO*
 serat rerum omnium inops adeo & *LXXXIII.*
 nudus, vt eius matri, ne ad inuolen-
 dum quidem cadauer linteum sup-
 peteret. Sodales quicquid ad hone-
 statem exequiarum pertinebat, ab-
 unde

S

unde

unde subministrarunt. Inter ducendum funus illud periucundè accidit, quod cum hic perhonorificè efferretur, celebri comitatu facibusque per multis, commodum hæreticus nulla pompa ad sepulcretum portabatur, nulla cruce, nulla cæremonia: credidisses mortuum canem in sterquilinum inferendum esse, non hominem. Id dum Lutherani conspiciunt, repente suo abiecto funere, ad Sodalitatis funus cum reliqua multitudine conuolant, ea res plerisque risum, nonnullis etiam stomachum mouit.

*Defun-
ctis subsi-
dio sunt.*

*Quid pe-
culiari
fœdere à
Sodalibus
prestan-
dum sit.*

IX. Neque hoc ultimo officio contenti sunt, sed sacris lustricis precibusque piacularibus defunctos adiutant; suos quæque Sodalitas. Inter nonnullos tamen fœdus arctius est; cum enim alicubi quis è vita abiit, id fœderatis Sodalitij indicant, atque è pacto preces pro eo recitari postulant. Tum psalmus quinquagesimus, & is qui vita functis proprius est, publicè soluto conuentu pronuntiatur, ac postridie à quo-
libet

libet Sodalium corona B. Virginis perlegitur. Quem morem idcirco eo diligentius conseruare solent Sodales, quod cogitent multum aliquando sibi profuturas easdem preces, si illas pro alijs accuratè persoluerint: fraudi verò fore, si iam neglexerint.

X. Atque etiam in vita commo-
do fuit, suppetias mortuis tulisse. Nobilis quidam è Nolano Sodalitio, cum vita defunctos frequentissimis pietatis officijs iuuare consueuisset; nescio quo viso animarum expiantium, monitum se esse dicebat, vt se ad subitam mortem quàm celerrimè compararet. quocirca è vestigio apud patrem Societatis vitæ totius peccata exposuit, & in summa valetudinis firmitate subito occidit: fato forsitan infelici casurus, nisi boni Manes grati fuissent.

XI. Ad extremum hic inseram literas Congregationis Goanz in India ad Primariam Romanam datas. E quibus id primum constabit,

quanto nexu sint inter se Sodales per orbem colligati ; deinde quanto ardore Congregationem ambient, quo studio ægris miserisque succurrant, qua animi fortitudine polleant. Quæ quidem seorsim referri poruissent, suavius tamen audientur ex tam longinquo loquētes. Literas illas Romani nobiscum communicarunt, Sunt autem istæ:

*Praefectus, ac Sodales
Goani Sodalitatis B. Virginis An-
nunciata Praefecto, & Sodalibus
Romanis eiusdem Sodalitatis S. P. D.*

*Q*uo longiori hoc est ferè totius orbis terrarum spatio distitimus, eo crebrius ad vos scribendum esse duximus ; intelligimus scilicet hoc melius semper agi cum totius corporis membris, quo arctius, atq; uberius capiti communicaverint suo. Porrò hoc litterarum officio ad nobis

nobis consilij est, ut, & mutuam in
 una Patrona nostra colenda, con-
 iunctionem atque conspirationem
 foueamus nostram in vos beneuo-
 lentiam, & observantiam teste-
 mur, & ut eliciamus à vobis docu-
 mentum aliquod ad virtutem, &
 incitamentum, tandemq; vos cer-
 tiores faciamus de uniuerso Sodali-
 tii nostri statu, atque progressu. Hoc
 biennio, quo haec ciuitas, & uniuersa
 res Indica summo perè afflictà est
 ab Hollandica classe tū per Malaca
 & Mocambici obsidiones sanè diu-
 turnas, tum per naualem cladem
 nostro proregi non longè Malaca
 fere illatam, tum per Mocambici
 ipsius, & multarum nauium misc-
 randam direptionem, & conflagra-
 tionem, nescio qua ratione singulari
 D. O. M. & Deipara beneficio actū
 est nobiscum egregiè. Auctus in pri-

mis Sodali numerus mirandum in
 modum, & quod caput est exqua-
 uit numerum pietas, qua non meli-
 us constabit quam si ex multis ali-
 qua illius exempla praestringam.
 Tantus fuit ardor petentium Soda-
 litatis ingressum, ut selecti adoles-
 centes multi non solum quotidie
 importunis precibus, sed etiã ingen-
 ti lachrymarum vi optata extor-
 querent potius quam obtinerent.
 Admissi tamen pauci magno dele-
 ctu, & solum ad virtutem propen-
 siores, nec minus enituit antiquio-
 rum virtus. Cum eundem ad pub-
 licum Xenodochium est (singulis
 mensibus fit) mirum est quo animi
 affectu hoc pietatis officium ample-
 ctantur, solemne est multis rogare,
 orare, obsecrare, ut uni è multis eli-
 gantur, quibus liceat in hoc virtu-
 tis opus incumbere; neq; iis minori

contentione animi consueta mania
 in eo exercent, abluunt egrotanti-
 bus pedes, ipsam domum euerrunt,
 cibosq; ministrant insigni alacrita-
 te. Quidam ex Sodalibus patre A-
 bisino ita incensus est studio pieta-
 tis, ut si quem pauperem destitu-
 tum, & male habentem per vicos, &
 plateas offenderit, in domum suam
 deferendum curet, retineat donec
 conualuerit, tum demum edoctum
 de caelestibus rebus dimittat. Quo-
 dam die orta rixa inter duos scho-
 lasticos, ita pugnatum est ut alter
 quinque vulnera ferret sanè gra-
 uia; superuenit unus è Sodalibus
 non ignobilis, excipiensq; brachiis,
 vulneratum capit sanguinem pro-
 prio linteolo abstergere, dein Soda-
 les aliquot aduocat hunc ad Chi-
 rurgum, illum ad fasciolas conqui-
 rendas, alterum ad vehendā sellam

indicam, in qua vulneratum cōmo-
 de defferretur expedit mira celeri-
 tate, mira charitate miro exemplo,
 & bene curatum scholasticum bono
 animo esse iubet, & si salutem con-
 sequi velit, peccata expiet, Deipara
 subsidium imploret, & ad eius So-
 dalitatem animum applicet: ita fe-
 re, ut breui eius beneficio sanus ex-
 istat; sicq; animo, & corpore bene
 confirmatum domi suae reliquit.
 Non minorem laudem meo quidem
 iudicio, quamuis in alio genere, tu-
 lit alter qui ultro ab altero aequali,
 & quidem publico in loco a lupa ap-
 petitus, ita iniuriam ultus est, ut
 responderet, se quod è Sodalitio B.
 Virginis esset, tantam iniuriam li-
 bentissimè ferre, volentissimè con-
 donare. Quidam verò Tyro cum
 domi suae præter morem famulis &
 captiuis (quorum ingens in tota In-
 dia

dia copia est) Catechismum trade-
 ret, & explicaret rogatus, ecquid
 tandem causa esset, cur modo insti-
 tutum huiusmodi suscepisset? id ex
 eo esse respondit, quod recens fuisset
 in Sodalitium Deiparae cooptatus;
 Multi verò Sodales die imprimis so-
 lemni, & in conspectu totius Goanae
 civitatis multorumq; Religiosorum
 quo die quinque ob nefandum
 scelus ad supplicium, ignis traherentur,
 ultro & praeter consuetu-
 dinem litanias recitantes praebant
 comburendis magno omnium ex-
 emplo sciscitantibus multis, quid-
 nam instituti hoc esset: & ubi res
 rescivissent, approbantibus illam si-
 lentio pleno admirationis. At par-
 ca haec & minima quaedam sunt, in
 quibus à vobis maxime supera-
 mur, unum tamen non omitten-
 dum superest, in quo vos omnes (da-

ta venia dicatur) maxime superamus & quod nobis iure optimo inuideatis , scilicet gloriosa martyrij corona , qua vnus è Sodalibus nomine Ioannes Emanuel Goensis gloriosissimè triumphauit : hic enim cum in freto Damascensi non longè à Goa distante cum aliis militibus in bellicam expeditionem adiret , à Saracenis piratis captus ad fidei defectionem , & Mahumetis cultum sollicitatus , constanti virilique animo respondit se potius quoduis supplicij genus subiturum , quam Dominum IESVM CHRISTVM eiusque DEIPARAM negaturum , quem auditum omnes gladiis & fustibus adorti ; perpetua Martyrij corona adornatum in cælum aduolare fecerunt , & hac minima Sodalitas Deo, Virginique primum huius vineæ fructum libentissimè

ob-

obtulit. Sed ex multis hac pauca de-
 cerpsisse sit satis. qua eò spectant, ut
 intelligamus quam non sit abrevi-
 ata manus Domini, qui etiam hic
 in regionibus, in quibus non mul-
 tos ante annos triumphabat impie-
 tas, Maria Genitricis sua subsidiis
 triumphare facit pietatem, quan-
 tum debeamus huic eximia Patro-
 na nostrae, ex cuius cultu hi dulcis-
 simi fructus colliguntur, quantum
 Societati ipsi per quam nobis iidem
 ministrantur. Reliquum unum
 est, ut quando ex ista Sodalitate
 Romana, tanquam ex communi
 parente tot in nos bona deriuauit
 Deipara Virgo vestris etiam preci-
 bus nos iuuetis ad impetrandum,
 ut in nobis cepta perficiat, & ef-
 ficiat ne penitus ingrati tantis be-
 neficijs extitisse videamur. Da-

tum Goa die ipso nostri Salvatoris
Sanctissimo orni sacro 1607.

PRÆFECTVS

Dominicus delguadi

Primus assistens

Damianus Collaca

Secundus Assistens

Iacobus ab Abreu

Secretarius

Andreas Loduicus &c.

Atq; ab hoc confinio ad ea tran-
seamus opera explicanda, quæ in a-
nimis curandis Sodales præstiterunt.

CAPVT XVI.

ALIOS A VITIIS

renocant.

*Cur alij
a peccā-
do retra-
hendi
sint.*

Quisquis vel Inferorum tormen-
ta rectè apud animum suum
inspexit; vel acerbam Christi ple-
namque opprobrij necem expendit;
simul

simul quot eo infelices habenis im-
missis irruant exputavit, non potuit
non vehementer animo commoue-
ri, tanti sanguinis precium ferè apud
innumeros perire; & passim præcipi-
tes abripi in æterna mala mortalium
plurimos. Vnde non pauci reperti
sunt, quorum pectora Christi sanguis
tetigit, qui eo omnem vim suam in-
tenderunt, vt infaustissimo cursui
hominum sese obijcerent, & à vitijs
flagitijsq; perpetrandis reuocarent.
In quibus & Sodales nomen professi
sunt suum, vt exemplis nunc planum
faciam. Quid ni enim hi facerent
Magnæ Matris filij, quod eorum pri-
mo genitus frater morte etiam indi-
gnissima fecisset?

I. In illis prouincijs, quas vitio-
rum omnium scaturigo hæresis infe-
cit, præcipuum est Sodalium studi-
um singulis annis aliquot ab ea peste
ad sanio rem mentem deducere; vt
possim hic exemplis supersedere.
Vnum id admiratus sum ab vno So-
dale Calissiensis, oppidum integrum

I.

II.

III.

Hæreti-
cos con-
uertunt.
C. D.
100 VI.

atoris
us
xc.
a tran-
æ in a-
erunt.
IIS
rmen
suum
ti ple-
endit;
simul

cohortando in rectam viam pertractum esse.

*A libidine
nereds.
cunt.
CIC.
I D C V I.*

II. A turpi libidine aut reuocatos aut ne inferrentur, maturè monitos multos inuenio. Granatæ quidam cum inhonestæ vitæ foemina pactus est magnâ pecuniâ, vt nocte, saltem vnica à turpi se quæstu faciendo cohiberet. Accepit conditionem mulier: sed vt genus id omne inconstans est, lupanari tum egredi noluit. Nocte illa conceptus à lucerna ignis dormientis manum grauius adussit; quo illa facto fidei admonita è turpi obsequio se expediuit.

*An. CIC.
D L X X X
V I I I.*

III. Panormi Sodalis perductam ad se puellam reiecit, ac cum intelligeret maleuada egestate tam foedè lenocinium exercitum fuisse, pecuniam ipse obtulit, vt à flagitio desisterent. Ne aliæ tale quid meditarentur, vna nuptui, duæ in claustra sacra datae sunt cum dote liberali. Senem quendam egenum stipe larga obiecta, quidam Bariensis Sodalis à filia lenocinio auertit.

*CIC. I D
I X C.*

IV. Su.

IV. Supramemoravi, qua Gra-
 natenses industria pauperum ino-
 piam sublevent: subtexam hic qua
 arte à foedo libidinis cæno multos
 extrahant. Diebus festis ad lupanar
 se conferunt, vbi ad multam no-
 ctem pijs inter se colloquijs, sancto-
 rum librorum lectioni & precatio-
 nibus vacant, magna hominum vti-
 litate. Nam præterquam quod multis
 impedimento sunt, quo minus pra-
 uas libidines expleant, ex ipsis eti-
 am mulierculis decem è cœno illo
 extraxerunt siue maritis redditas, si-
 ue tutos in locos receptas. Atque vt
 melius & commodius pias exerci-
 tationes obirent, ad prostibuli ia-
 nuam sanctissimum Crucis signum,
 solenni dedicatione, suavi sympho-
 niæ ac vocum harmonia, funali-
 bus quam plurimis accensis, in-
 decente loco defixerunt: & quo me-
 liore auspicio res gereretur, totam
 dedicationis vesperam, noctemque
 consequentem precatione traduxe-
 runt. Spectaculum bonis quidem
 cer-

CIO.
 DCVII.

VI.
 pertra-
 euoca-
 è moni-
 ta qui-
 emina-
 nocte
 tu faci-
 nditio-
 nne in-
 redi no-
 lucerna
 nis ad-
 onita
 ductam
 intelli-
 m foedè
 , pecu-
 io defi-
 litaren-
 ra sacra
 Senem
 a obie-
 is à filia
 IV. Su-

certè iucundissimum fuit, qui impurissimam haram in aram, execrationem in sacrarium conuersam oculis vsurpabant; contrà impuris plusquã lupatum frænum, quo à foedis conatibus retracti non pauci fuere. Festinabat inter alios ad sacra Veneris libidine furens, animique impotens miles: hic cum à Sodalibus iterum iterumque ab incæpto verbis temueretur, iracundia percitus tumultuari ac clamare cæpit; accurrit illico simili œstro correpta militū turma: tum vnus præ reliquīs ferocior, diris se deuouit, ni morte illum multaret, qui sibi ac socijs ad impura vota properantibus obistere auderet. Terreri minis primùm Sodales; sed mox animo resumpto ante Crucem in genua procumbunt, Deumque ad causam suam agendam tuendamque aduocant. Nec irritæ fuere preces. Nam is ipse qui tumultui primus occasionem dederat, mutatus repente illo Sodalium spectaculo ad eos transfugit, gladioque exerto & pal-

pallio clypei in modum sinistrae ap-
tato, viam reliquis ad facinus inter-
clusit, diuinæ offensæ ultor factus,
qui hostis aduenerat. Verum neque
his contenti Sodales, precio etiam
iniurias in Deum redimere tentarunt.
Die namque qui Diuæ Magdalenaë
sacer est, eam pecuniæ vim eiusmodi
mulierculis contulerunt, quam ipsæ
turpi quæstu lucrari potuissent, vt il-
lo die à peccando abstinerent. Nem-
pe etiam hi viderunt, quod B. olim
Ignatius dicitabat, rectè operam lo-
catam ladoremque minimè fuisse ir-
ritum videri debere, qui in huiusmo-
di mulierculis reducendis insumere-
tur, si modo noctis vnus aut diei in-
iurias Deo irrogandas ea ratione a-
uertere liceret. Nam vel vna Dei of-
fensa nimis magnum malum est.

V. Hispali è Clericorum Sodali-
tio quidam diem obiit; qui inter præ-
clarissima sanctè transactæ vitæ ope-
ra, illud quoque effecit, vt Regio edi-
cto prohiberetur, ne festis diebus
vnquam lupanaris fores paterent,
aut

CIO.

IOCIIV.

aut ne meretriculæ in publicū ad illi-
ciendos amatores prodire possent.

CP. 10
XCV.

VI. Neapolitani vectigal annu-
um collocandis honestè ijs, quarum
pudicitia in periculo esset, consti-
tuerunt. Messanenses ære collecto
vagas mulierculas non paucas intra
cænobij claustra, aut connubij limi-
tes concludere.

CP. 10
CXI.

VII. Quod hi pecunijs impetra-
runt, id apud Sodalem quendam lu-
um, B. Virginis suiq̄ue immemorem,
efficere Sodalitatis Præfectus san-
guine suo laborauit. Nam cum eun-
dem vidisset domum ingredientem,
vt cum Virgine colloqueretur, veri-
tus ne ea consuetudo longius pro-
cederet, quam honestis satis foret,
cum iam antea in ea disturbanda
frustra obnixus fuisset, ad preces cō-
fugit, thoraceq̄ue deposito in seip-
sum sæuiens benè largum sanguinis
imbrem è tergo elicuit, vt impurum
alterius ardorem extingueret. Nec
factum clam habet, sed funiculos,
vt erant, sanguine rotantes alteri,
cuius

cuius res agebatur, obtrudit & : *Disce, inquit, miser, vel fuso sanguine servandam, quam Christus redemit animam. His egomet male me accepi modis, ut imminentem capiti tuo ruinam repellerem.*

VIII. Memoria quoque dignum est facinus Ingolstadiensis Sodalis Propola quidam nefario præconio merces distrahebat varias: in ijs clam turpissimas tabellas venum proponebat, quibus multorum innocentia appulsa naufragium factura videbatur. Noster igitur, quasi ambitiosè merces illiusmodi quæriraret, frequenter adire mercatorem, iam hanc iam illam poscere; pecuniam præsentem numerare. paucis horis totā veneream mercem vnus coëmit, & vulcano exurendam tradidit. Maluit pecunias sibi interire, quam Christo animas: & pænam, quam pictor atque institor meritis fuerat, tabellis inflixit. Quamuis neque pecunia perierit, quæ sic expensa est. neque scelus pictoris impunè fuerit. Illa cælo
 repo-

CID. 13
 CXIII.

reposita è foedissima merce lucrum maximum fecit: pictoris nomē quod à Venere sperauerat; eodem incendio, quo tabulæ, absumptum est.

CIC.

100XXVI.

IX. Dilingæ eundem interitum parabat adolescens pecunijs in eam rem ferè emendicatis; nisi optimos conatus vaferrimus infitor maturius elusisset. Felicius alijs quispiam ex eodem Gymnasio virtutis virum potentem ad frugem reduxit, quod eò plus admirationis habet, quo immaturior ætas fuit, quæ senem sapere docuit Rem Annales Sodalitatis Dilinganæ in hunc modum narrant:

CIC.

100XCII.

Adolescentulum hunc pro sapia antea nobilitate clarum consanguineus suus ad conuiuium forte vocauerat. Hic vir inter epulas militari more, laude alioquin bellica celebratus identidem sacrilegas iaciebat voces, cum puer verborum atrocitate commotus, rogat uti sic iurare dimittat, alioquin nihil gustaturum. Temperat ergo sibi tantisper in gratiam conuina, mox tamen à consuetudine sui oblitus redit ad pristinum

stinum lingua vitium. Puer Sodalitatis
 feriatu ab esu ac meditatiu dndus. in
 pectoris arcano rogat Deiparam fa-
 cundie gratiam. Mirares: puer gram-
 maticis preceptionibus haud satis ad-
 huc instructus, & rudis fandi, incipit
 de vita periculis, de morte, de supremo
 Iudicio, eiusdemq; modi salutaribus
 terroribus tam copiose expediteq; dis-
 serere, vt grandævus ille mutus auda-
 ciaq; in stuporem versâ, loquentis ab-
 ore penderet attonitus. Ergo velut sti-
 mulo incitatus à mensa se proripere,
 inctare brachium luctantis in speciem
 ac ferientis similis, tandem quasi dis-
 cussa larua fugam inuenire. Parua
 temporis intercapedine conuiniy Pa-
 ter puerum è conclau foras euocat,
 amplectitur, osculatur, veniam orat,
 moliti matatique pectoris edit argu-
 menta, rogat insuper idoneum sibi vi-
 deat confessarium tot flagitijs eluendis
 parem. Sodalitatis victor votique compos
 propere arcessit Sacerdotem, apud quē
 senex ille sua delamentatur vite dede-
 cora, & de mensa Christi Sacratissima
 pastus

pastus gratias acturus nepotem adit,
cuius opera sit è tanto salutis discrimi-
ne subtractus. Omnia in hoc factò mi-
raberis: ex infante disertum, puerum
viri Doctorem, cupedias à Delicato
neglectas, militem inbelli herbam por-
rigere, inueteratam lingua insaniam
momento dissipari, ambuisse que ode-
ris, alium denique virum euadere.
non à puero hæc virtus, sed Sapientia
Mater aperuit os mutorum & linguas
infantium fecit disertas.

*Mala to-
lerant, &
benefi-
ciant.*

● IO. IO
IXC.

X. Neque operæ neque expensa-
rum poenitet Sodales, sicubi anima-
rum lucrum appareat. Imo ne ver-
berum aut grau oris mali metu ab-
sterrezi se passi sunt, quin in id studi-
um incumberent. Neapolitanus So-
dalis certis vestigijs alterius cuius-
dam flagitium indagauerat: ei vt ob-
staculum opponeret, errantemque
in viam reduceret nullum non lapi-
dem mouit. Id cum alter aduerteret,
vt flagitiosi ferme etiam amentes
sunt, pessimè beneficium rependit,
perditos enim homines precio im-
pulsit,

pulit, qui in fontem verberibus vltique opplerent, & ab aliena ad sui curam reuocarent. Noster patientissimè ictus tulit, & cum posset, apud Magistratum accusare neminem voluit. In Balearibus foeminam ab inhonesta cuiusdam consuetudine abduxerat Sodalis; non impune. nam amasius hominem in templi secretiorem partem seuocatum quasi colloqui vellet, verbis verberibusque pessimè accepit. Quam iniuriam animo ille forti constantique tulit, paratus similia frequenter pati, si causa patiendi saepius sub manum succederet.

XI. Qui heris consilium dedit, quo fugitiuos retinere seruos sine vinculis facile possent, si eorum oramensæ plenæ alligarent, non imprudenter idem suasisset, valicorum ad miseros in bonam frugem corrigendos. Saepè enim paupertas vt est omnis graue & miserum, grauium criminum auctor fautrixq; fuit. cum inuitos nacta est hospites, Id adeo Sodalibus

CIO. IO
XCVIII.

Miseros
pascunt,
Et auaritia
eorum
profundat.

libus probè perspectum fuit. Vnde inopum miseræ ea de re quoq; succurrerunt, vt ad peccata reicienda inducerent. Moguntinus rusticanum

CIO. IO
XCIII. hominem nactus, iam diu in peccatorum sordibus iacentem, domum suam deduxit, eiq; & lectum suum concessit humi interim cubitans, & res omnes necessarias subministravit, dum ad totam vitam confessione expurgandam miserum disponeret.

CIO.
DXXCVI. XII. Sodales Vallisoletani sancta hebdomada vniuersam vagorum mendicorumq; multitudinem in templum coegerunt, aduocatoq; magno numero Sacerdotum, inconditam illam vilemque turbam distributa singulis pecuniola ad confessionem inuitarunt. Ad idem prestandum Hispalensis quendam in Nocomio sua humanitate pellexit.

CIO.
DCCIV. XIII. E Neapolitano Sodalitio quidam norat hominem nefarijs implicatum sceleribus, eiusque conditionis esse, vt in grauiora quotidie facinora erupturus videretur. Eius

CIO. DCCV. igitur

igitur salutis avidissimus omnes ver-
 sabat artes, quò infelix ille ex infami
 vitiorum cæno emergeret. Fit ei ali-
 quando per urbem ambulanti ille
 obuius: tam opportuna occasione
 oblata letus noster, blandè hominem
 appellat, *Magna, inquit, res est tuaq̃*
plurimum refert, quam si vis, in proxi-
mo templo tibi aperiam. Adsum, in-
quit alter, dic quæ vis. Eunt in tem-
 plum: Sodalis B. Virginis opem im-
 plorat ad secundum negotij cursum
 promouendum. Tum efficaci oratio-
 ne tantum potuit apud auditorem
 attonitum, vt primo congressu ma-
 nus se victum dare, & ad meliorem
 frugem recipere velle fateretur. *Ve-*
rum, inquit, cum è lucro, quod ex hac
vita ratione mihi prouenit, domus an-
gustias utcunq̃, tolerem, quodnam ho-
nestum vita genus inibo, in quo fame
mibi pereundum non sit? Tunc victo-
 riæ latitia exultans Sodalis, *Pone, in-*
quit, metum: quinque in dies denarios
parare meo mihi labore possum: horum
in duas accipe, teq̃ vitamque tuam

T

tue-

tuere. Mouit virum non magis obla-
ta lucri vtilitas, quam flagrantissima
Sodalis charitas; manantibus itaque
lacrymis oblatam conditionem am-
plexus, institutam vitæ rationem
omisit.

*Disidē-
tes conci-
liant.*

XIV. Ad hoc caput non impor-
tunè referri arbitror studium Soda-
lium, quo discordes animos atque
in necem aliorum iam efferatos cō-
ponere nisi sunt. Quod in agro Bene-
uentano insigniter aliquando præ-
stiterunt. Cum enim de finibus ob-
orta fuisset contentio, iamque ad
arma & cædes res vtrinque telis ex-
peditis spectaret, Sodales inter vtran-
que aciem Cruce pro se quisque ar-
matus discurrere, & quâ pacis com-
moda differendo, quâ concertatio-
num mala commemorando peruice-
re, vt positis odijs vulnera & necem
in mutuos amplexus mutarint.

*CIO.
10CV.*

XV. In Guamaguensi oppido e-
recta est Sodalitas, in qua duo Pacis
custodes constituuntur, quorum
id est officium, vt rixâ aliqua exorta
inter

inter ciues, illi Sodalitatis patrem
 admoneant, vt tempestiuè malo oc-
 curri possit. De Romano Assumptæ c. 5. §. 7.
 Virginis Sodalitio, ad dissidentes a-
 nimos reconciliandos potissimum,
 instituto, libro superiore perscripsi.
 Alia quotidiana prætereo.

XVI. Omitto tota Sodalitia ad CIO. IO
 vitia corrigenda fuisse constituta. LXXXII.
 Nam & Monte Leonis in Italia & in
 Villa Baionæ & Oueti in Hispania
 Sodalitas erecta est, ad tollendam
 prauam iurandi maledicendiq; con-
 suetudinem. Olyssipone ad tuendam CIO. IO
 pudicitiam muliercularum quas vo- LXXXVI.
 cant Conuersas Sodalitium initum
 est. Vallisoleti simili instituto peri- CIO. IO
 cula auertunt à pauperculis & for- LXXXIX.
 mos. Cordubense Sodalitium sus- CIO. IO
 cepit curam Canobij, ad quod mu- XCVIII.
 lierculæ resipiscentes confugiunt.
 Animabus Purgatorij Beneuenti spe- Eodem.
 cialibus officijs succurritur à Sodali-
 bus. Et sanè nescio an non animabus
 maiore studio suppetias eant Dua-
 censes Sodales, qui in peruigilijs S.

CIC.

10CXI.

Martini & Trium Regum catus in-
 unt precesque instituunt, ad vigentia
 noctibus illis vitia auerruncanda. A-
 pud Baleares duabus Sodalitatibus
 addita tertia, quæ Tutelarem sibi ad-
 sciuit Beatissimi partus expectatio-
 nem, atque in eam rem præcipuè in-
 cumbit, vt pueritia Christianis mo-
 ribus exactius instituat; atque ideo
 elementarias scholas adeunt ipsi bini
 voce præmiolisque ad Catecheseos
 amorem studiumque accendunt.

*Alia
 causa,
 cur in
 malis
 corrigendi
 laborandum
 sit.*

I.

II.

Luc. 15.

III.

XVII. Hæc itaque Sodalium pe-
 culiaris diligentia est, vt in rectam vi-
 am melioremque vitam aberrantes
 reducant. Qua in re imitantur illi
 Angelos, quorum præcipuus labor
 est, à peccato clientes suos auertere.
 Et pro certo habeo dicere bonam
 gratiam apud beatos illos spiritus in-
 iturum eum Sodalem, qui ipsorum
 clientem à prauitate reuocat. Si enim
 gaudium est in celo super vno peccato-
 re pœnitentiam agente, qua lætitiæ
 tantæ auctorem mente complecten-
 tur? Denique optima expiandarum
 cul-

culparum nostrarum ratio est, alios *Iacob. 5.*
 à noxis auertere. *Quoniam qui con-*
uertifecerit peccatorem ab errore viae
sua, saluabit animam eius à morte, &
operiet multitudinem peccatorum.
 Multa debes? expedita est ratio: lu-
 crate alios, & nomina tua dissoluisti.

CAPVT XVII.

COLLOQVENDO

Hortandoque multis pro-
sunt Sodales.

QVanta vis humanæ orationi in-
 sit, perspectum è Rhetorum li-
 bris est. In vtranque partem valet
 eloquentia, seu ad malum incitare,
 seu ad virtutem velit impellere. Imo
 verbo sæpe vno acriter prolato, ma-
 gna animorum inclinatio consecuta
 est. Sed in familiaribus colloquijs *Vis bono-*
 non minor virtus est, ipsa sua simpli- *rum col-*
 citate sese in pectora insinuante ser- *loquijs.*
 mone. Quare vt hac quoque ratione
 auxilio compluribus hominibus ef-

sent Sodales laborarunt; rudium præcipuè institutione atque omnium ad vitæ integritatem adhortatione. Exemplapauca verum nos dicere probabunt.

*Rudes
instruit.*
C.D. I.D
XCVII.

I. Bilbili tanta ingenij quidam hebetudine fuit, vt multis annis præcipua Religionis nostræ capita nunquam comprehendere memoriâ potuerit. Tandem Sodali erudiendus traditur: ad cuius vocem diuina protinus lux hebeti menti affulsit, vt quæ longissimo tempore ab alijs discere nequiverat, horæ quadrante perceperit.

C.D.
I.DXC.

II. Coloniae vir magnæ auctoritatis aliquot annis certis locis ac diebus magnam egenorum turbam stipe refectam doctrinæ Christianæ disciplinis imbuit. Ex eodem Sodalitio alius cum socio ad Batauos profectus, eis, qui inter illos rectæ Religionis adhærebant, robur animi addidit, alios in viam reduxit, cænobitas ad veteres leges reuocauit: in vna Ultraiectina vrbe familias viginti Ecclesie restituit.

III.

III. Puerorum quoque in erudi- CIX. IX
 endis simplicibus ardor multis in lo- LXXXVI.
 cis se prodidit. Duaci vnus quicquid
 à rebus scholasticis vacui temporis
 nancisci potuit, id in remotioribus
 vicis inuisendis, & in rudi pueritia
 instituenda posuit: de suo munuscu-
 la illis attulit, vt ad discendum alli-
 ceret. Socios quoque pij operis ali-
 quos ætate atque studijs pares adle-
 git, vt fructus latius pateret. Idem à
 Turnonensibus Sodalibus inuenio
 factitatum.

IV. Astigitani Clerici Schola- CIX. IX
 sticis puerisque per compita vrbs XCIII.
 capita doctrinæ sacrae decantanti-
 bus sese admiscunt, simulque magna
 vocum contentione & populi totius
 admiratione consonant. Eandem
 tradendæ sacrae disciplinæ curam
 gessere Mediolanenses.

V. Traiecti Sodalitas coacta est CIX. IX.
 doctrinæ Christianæ promouendæ. CIX.
 Cuius Protector declaratus est, vr-
 bis Gubernator; Directores, duo De- CIXIII.
 cani; Prouisores vterque vrbs Con-
 sul;

ful; Assessores, quatuor ciuitatis Parochi. Quorum nomina palam enūciata sunt, vt ciuitas intelligeret, quibusnam res catechistica maxime cordi esset, magnumque ea res momentum ad pietatem attulit.

C19.
100CVI. VI. Ad quod studium serio vrgendum Christus ipse forma speciosi pueruli Præfectum Bononiensis Sodalitij hortatus esse scribitur. Cui viso libentius fidem habeo, quod sciam illam teneræ ætatis institutionem Deo imprimis gratam atq; iucundam esse, ex qua ætatis totius seges ac fructus adolescat. Quæ institutio rudiū eò pluris facienda est, quo se illustriores personæ ad eam applicant, cuius exemplum hoc esto. In ea reformatione quæ circa Religionem nuper in Boëmia per Augustissimum Imperatorem Ferdinandum II. instituta est, primas partes egit per illustres Dominus Zbenko Comes à Collo-uurat, olim Congregationis Diligantæ membrum. nam non modo rei bene gerendæ præfuit, vt ad septem
millia

C19. 19
CXXVIII.

millia Catholicas partes traducti sint; sed ipse instructoris atque Catechistæ vicem obiuit, rudesque magnâ curâ docuit, quæ rectè sentire, quæ facere deberent. Vt hinc quoque possis noscere, quam Catholica Religio vera sit, cuius Doctores ipsi quoque perillustres esse velint. Ad sectas alias docendas vulgi detrimenta adsciscuntur.

VII. Enituit Monasterij è Sodalicio penè puerulus, qui parentem hæreticum, tam diu precibus, historicis exemplisque de B. Virgine narrandis fatigauit, donec perfidia posita rectè sapere didicerit. Alterius Ipsius industria merito posteritati commendatur. Namque cum eius condiscipuli ad sacram sese ædem conferrent, eodem complures ipse libros attulit, vt haberent alij, quo vtiliter se occuparent. *Eodem.*

VIII. Sed messem vberriamam & retulerunt & etiamnum inferunt Sodales, si quando colloquijs pijs semet aliosque ad pietatis augmentum in-

I s. cita-

*Dæmon
colloquia
pia in-
terrupt.
Cp. 101.*

citarunt. Vnde colloquia eiusmodi interturbare Dæmon sæpe vehementer nisus est. exemplum vnum afferam. Valentiaë Sodales piscatione seu tempus fallebant, seu rem facere volebant. Cum igitur laxatis iam retibus sudibusque præfixis, in tugurium ad paludis oram conuenissent, vt interim diuinos miscerent sermones, dum sperati in retia pisces se induerent: vnus, qui ad retia seruanda relictus fuerat, videt Scapham aduentantium hominum plenam, qui retia soluere, aut prædam præcipere velle videbantur: conclamat: ad arma concurritur; sed cymbam ingressi, vt hostem propulsarent, subito neminem conspiciunt, dum ad litus redeunt, è latibus denuo fures se proripere visi ab omnibus; retorqueunt nauiculam, inque hostem impellunt, sed ex oculis præstigii illico euanuerunt. illi ad cæptum colloquium non sine rubore redeunt, quod tam facile turbari dæmonis fraude se passi sint. Ludibria aliorum sæpe

sæpe Dæmonis vice funguntur. sed aude contemnere, & hæc in ventos abibunt.

IX. Neapoli tam multi ad exoluenda peccatorum vincula pijs Sodalium colloctionib⁹ excitati sunt, vt cum per Sacerdotum penuriam, tot audiri non possent, Archiepiscopi iussu singulæ Religiosorum familiæ Sacerdotum auxilia supplerint.

CIO. IO
LXXXIII.

X. Infinita alia sunt, quibus ostendi posset cohortationibus Sodalium præclarè multa instituta, à virtijs abstractos, ad virtutè perductos, Congregationi adscriptos fuisse quamplurimos; sed quia piscatus hic adeo passim increbuit, vt noui nihil dici queat, supersedeo pluribus. vnus tamen ex Annunciatæ Virginis Sodalitio dicendi agendique vis sine flagitio omitti non potest, cuius studio Congregatio integra co-

Vnius So-
dalis stu-
dionona
Sodalitas
instituta.

CIO.
IO CIV.

uere cohortationibus. Sed diu cum paucis eo itum est, priuato potius cuiusque consilio, quàm vt aliquibus legibus vterentur. Aduenere sacri dies, quibus patienti Christo parentamus; cumque in templo Societatis primus ille & alius quidam in ea pietate socius colloquerentur, eo tandem venere & ad diuinam gloriam, amplificandam, & ad pietatem exercendam, atq; ad insignem agrorum utilitatem, ad vrbs denique præclarum exemplum rem cessuram si mos ille frequentandi Nosocomium, non paucis solum esset pro libito, vt antea, sed multis esset communis, qui certis Sodalitatis legibus adstringerentur, placuit consilium; tunc initus aliquorum numerus, qui primi possent aggregari. Mirum dictu; abeuntibus è templo obuiam venerunt omnes illi, quos animo sibi socios destinarent. quare redeunt ad Collegium, itur in Congregationem, proponitur res; indicitur status dies ad deliberandum. Vbi conuenerunt, licet ali-

aliqui venissent parati ad proponendas difficultates, breui tamen omnes præmissa vnius cohortatione con-
 senferunt, adeo vt cum ad suffragia ventum est, nemo fuerit, qui contradiceret. Leges sancitæ Sodalibus hæ: vt conueniant singulis mensibus omnes certum in locum, vbi agatur de ratione ministrandi infirmis, errata cuiusque publicè aperiantur, pœnæ proponantur: quibus iniunguntur, ea promptitudine exequuntur, vt planè virtutis studio incensos agnoscas. Tirones non nisi sex mensibus probatos admittunt. Diebus certis ad Nosocomium conueniunt: eorum vni ceteri ad nutum omnes obediunt: is cuique sua munia distribuit; nullus sine eius facultate discedit. Aliqui quotidie eo accedunt; alii qui sapius, quàm Sodalitij legibus teneantur. Adeo exactè res seruatur, vt ex cætu eijciantur, si qui segniores fuerint deprehensi: lacrymantur præ gaudio ægroti, qui tot ingenuorum adolescentum studio, magnam par-

*Hæc vni-
 caratio
 est Sodalitates in
 vigore conseruads.*

II.
 iu cum
 potius
 quibus
 re sacri
 paren-
 cietatis
 ea pie-
 eo tan-
 oriam
 n exer-
 rorum
 ræcla-
 si mos
 n, non
 vt an-
 is, qui
 ringe-
 initus
 ni pos-
 beun-
 unt o-
 ios de-
 ollegi-
 propo-
 ad de-
 t, licet
 ali-



tem sentiunt leuari sibi ærumnarum, quas morbus secum afferre solet. Et sanè illi magna præbent exempla virtutum, præsertim in tolerando aspectu vulnerum & fœtore; nec defuit, qui scaturientem saniem ore exceperit, ut naturæ subterfugientis horrorem superaret, & in posterum ad ea munia redderetur alacrior.

*DE spe-
cialibus
Sodalitæ-
tatibus.*

XI. Quo vno exemplo satis declaratur præter eam Sodalitatem, in quam adscripti sunt, Sodales nonnullos inter se cœtum aliquem inire posse, vbi certis legibus certoque ductore ad rem quampiam præter cæteros singulariter ipsi incumbant.

*l. x. c. 5. §.
8.*

Talis cœtus est illud Ingolstadtense Colloquium, de quo supra dictum est. Atque eiusmodi cœtus ad integrorum Sodalitiorum restaurationem valere plurimum, nemini dubium esse debet. Nam cum tota aliqua Congregatio euanescente sensim initiorum feruore, sua quadam incuria defloruit, ut subinde

*Modus
per cõmo-
dus re-
forman-
di Sodalitæ-
tates de-
floreſcen-
tes.*

fic.

fieri monuimus alibi: difficile est ve-
 terem nitorem atque ordinem simul
 reducere, nisi plerique velint. Ex-
 spectare autem aut conari, vt pleri-
 que velint; cogitanti forsitan non
 perinde longum arduumque videbi-
 tur, atqui infinitum fermè experi-
 enti & tentanti laborem accersit.
 Multitudo enim quando à legibus se
 semel exoluit, difficulter se iterum
 illigari sinit. Sed pauci primum inter
 se foederati, si ex priuato pacto legi-
 bus Sodalitatum seruandis incum-
 bant, sensim ad se plures inuitant, at-
 que iterum alios atque alios: tum
 numero auulsi iam ex officio faciunt,
 quod principio priuata Religione
 facere prætenderunt. Quo fit vt re-
 liqui vel consequantur, vel si nolint,
 ab omnibus auulsi face Sodalitium
 liberent. Quod si id studium ab ini-
 tio præ se tulissent, odio frustra que
 fuissent. Sed de hoc genere alius erit
 agendi locus.

l. 1. c. 7.
 §. 2. & 3.

XII. Denique ad colloquia per-
 tinent illæ Sodalium inter se con-
 uen-

*De con-
 ferentijs
 Sodalium.*

uentibus suis, de pijs rebus, familiares dissertationes, dum re vna ad mores spectante in medium allata plurimum sententia exigitur: aut potestas fit, de qua velint, requærendi. Quæ consuetudo à veteribus Ascetis, imò à Socraticis vsque temporibus deducta, in multis Sodalitatibus etiamnum viget, estque suum operæ precium. Nam Oratorium illud genus dicendi, vim quidem suam habet; hoc tamen familiare & liberum dubitationes melius exponit, facilius expedit, animos aperta illa agendi ratione occupatos fortius deuincit atque in bonum inflectit. Illum sic colloquendi morem nostra quoque ab ipso exordio complexa Congregatio permultos annos maximo bono conseruauit, vt in commentarijs perscriptum est.

XIII. Hæc habui, quæ de Sodalium communibus singularibusque virtutum exercitationibus scriberem, pauca è plurimis, rudiori Miner-

nerua, quàm virtus eorum merebatur. Dabitur bono DEO fauente, vt vel alij feliciore calamo, vel nos laboriosiore plura in lucem aliquando proferamus. Nunc quæ in Sodales beneficia, aut per eos in alios à Deipara profecta sint, videamus,



SO-